




Liber Coll Omn An Fidel Defunct in Oxon


DISPOSED OF BY ORDER
A.S.C.

20 Jan 1884

CORPUS SCRIPTORUM HISTORIAE BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

CONTINUATA.

IOANNES ZONARAS.


TOMUS II.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXLIV.


BIBL. CODR. COLL. OMN. ANIM.
OXON.


DISPOSED OF BY ORDER
A.S.C.

IOANNIS ZONARAE

ANNALES

EX RECENSIONE

MAURICII PINDERI.

TOMUS II.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXLIV.


BIBL. CODR. COLL. OMN. ANIM.
OXON.


TAYLOR INSTITUTION
UNIVERSITY
- 9 JUN 1960
OF OXFORD
LIBRARY

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ

ΧΡΟΝΙΚΟΝ.



ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ P I 313
ΧΡΟΝΙΚΟΝ. W II 3

LIBER SEPTIMUS.

1. *Αἰνείας μετὰ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον ἀφῖκτο πρὸς Ἀβορρίγινας, οἳ πρώην τὴν χώραν ᾤκουν καθ' ἣν ἡ Ῥώμη πεπόλισται, Λατίνου τοῦ Φαύνου τότε τὴν τούτων ἀρχὴν ἔχοντος, καὶ προσέσχε Λαυρέντῳ κατὰ τὸν Νουμίκιον ποταμόν, ἔνθα κατά τι δὴ θεοπρόπιον λέγεται παρασκευάζεσθαι ποιήσασθαι τὴν κατοίκησιν. ὁ δὲ τῆς χώρας ἄρχων Λατῖνος ἀπεῖργε τῷ Αἰνείᾳ τὴν ἐν τῇ χώρᾳ καθίδρυσιν. καὶ συμβαλὼν ἡττᾶται· εἶτα δι' ὀνειράτων φανέντων ἀμφοῖν καταλλάττονται· καὶ τῆς κατοικήσεως αὐτῷ* A

Codices ABC consentire cum P (Parisiensi editione) putandi sunt, ubi eorum dissensus non annotatur. 1 *Αἰνείας* — p. 5 v. 21 *ἀπόγονοι* Dionis excerptum Valesianum 3. *ἀφῖκτο* hoc loco AB, post *Ἀβορρίγινας* PW, om C. 3 *τοῦ τοῦ φαύνου* A. 4 *Λαυρεντῷ* potius, et p. 14 v. 15 *Λαυρεντοῦ*. 7 *εἶτα — καταλλάττονται* om A. 8 *κατοικίας* AB.

FONTES. *Cap. 1. Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerptum Valesianum 3, Tzetzae schol. in Lycophronis Alexandrae v. 1232. (excerpta autem Valesiana, Peiresciana et Ursiniana numeris Reimarianis indicamus.) Plutarchi Romulus, c. 3—6.*

IOANNIS ZONARAE
ANNALES.

1. Aeneas post Troianum bellum ad Aborigines venit, qui eam regionem, in qua Roma sita est, olim tenuerunt, Latino Fauni filio regnante; et Laurenti iuxta fluvium Numicium appulit, ubi ex oraculo quodam, ut fertur, considere volebat. quod eius loci rex Latinus prohibiturus commisso praelio vincitur. deinde per somnia, quae uterque viderat, reconciliati sunt; ac Latinus, concesso habitandi loco, filiam

παραχωρεῖ, καὶ τὴν θυγατέρα Λαουϊνίαν εἰς γάμον ἐκδίδωσιν. ἔνθα πόλιν ὁ Αἰνείας οἰκοδομήσας ὠνόμασε Λαουΐνιον· ἥ τε χώρα Λάτιον ἐπεκλήθη καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ἐκεῖ Λατῖνοι προσηγορεύθησαν.

B Ῥουτοῦλοι δὲ ὁμοροῦντες τῇ χώρᾳ ἐκ πόλεως Ἀρδέας ὁρμώμενοι, καὶ πρόσθεν δυσμενῶς ἔχοντες πρὸς Λατίνους, καὶ τότε πόλεμον ἤραντο, ἐπαρήγοντος αὐτοῖς καὶ Τούρνου ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς καὶ τῷ Λατίνῳ προσήκοντος, ὃς δι' ὀργῆς τὸν Λατῖνον πεποίητο διὰ τὸν Λαουϊνίας γάμον· ἐκείνῳ γὰρ ἡ κόρη προωμολόγητο. μάχης οὖν γενομένης πίπτουσιν ὅ τε Τοῦρνος καὶ ὁ Λατῖνος, τὴν δὲ νίκην ὁ Αἰνείας κεκόμιστο καὶ τὴν τοῦ πενθεροῦ βασιλείαν. μετὰ δέ τινα χρόνον συμμαχίας ἐκ Τυρσηνῶν οἱ Ῥουτοῦλοι τυχόντες ἐπῆλθον τῷ Αἰνείᾳ, καὶ τὸν πόλεμον νενικήκασιν· ἀφανὴς δὲ ὁ Αἰνείας γενόμενος (οὔτε γὰρ ζῶν ὤφθη ἔτι οὔτε μὴν τεθνεώς) ὡς θεὸς παρὰ Λατίνοις τετίμητο. ἐντεῦ-
C θεν καὶ τοῖς Ῥωμαίοις τοῦ σφετέρου γένους ἀρχηγέτης νενόμισται, καὶ Αἰνειάδαι καλεῖσθαι αὐχοῦσι. τὴν δὲ τῶν Λατίνων ἀρχὴν ὁ ἐκείνου υἱὸς Ἀσκάνιος διεδέξατο, ὃς οἴκοθεν συνείπετο τῷ πατρί· οὐδέπω γὰρ ἐκ τῆς Λαουϊνίας παῖδα ἐγείνατο, ἔγκυον δ' αὐτὴν καταλέλοιπε. τὸν δὲ Ἀσκάνιον κατακλείσαντες οἱ πολέμιοι ἐπολιόρκουν· νυκτὸς δ' οἱ Λατῖνοι αὐτοῖς ἐπιθέμενοι τήν τε πολιορκίαν ἔλυσαν καὶ τὸν πόλεμον.

Χρόνου δὲ διεληλυθότος πληθυνθέντες οἱ Λατῖνοι τὴν μὲν

1 λαουνίαν B, qui mox λαούνιον et sic ubique: C λατινίαν. 12 τυσηνῶν A. 15 τετίμηται B. 20 καταλέλοιπε A, κατελέλοιπε PW.

Laviniam Aeneae in matrimonium collocat. de cuius nomine urbem a se conditam Aeneas Lavinium nominat: regio Latium, populus Latini appellati.

Rutuli gens finitima, urbe Ardea oriundi, ante infensi Latinis, tum quoque bellum intulerunt, adiuvante Turno viro illustri, cognato Latini, cui ob Laviniae nuptias iratus erat, sibi prius desponsae. pugna inita et Latinus et Turnus cadunt; Aeneas et victoriam et soceri regnum adipiscitur. aliquanto post Rutuli adscitis Tyrrhenorum auxiliis Aeneam vicerunt: qui cum neque vivens neque mortuus usquam videretur, a Latinis pro deo cultus est. hinc et Romanae gentis auctor perhibetur, et Aeneadum appellationem honorificam sibi ducunt. Aeneae in regno Latinorum Ascanius filius, Troia patrem secutus, successit: necdum enim filium ei Lavinia pepererat, praegnans relicta. cum Ascanium hostes obsiderent, Latini eos noctu adorti et obsidionem et bellum propulsarunt.

Aliquo tempore post, abundante Lavinii multitudine, plerique eo

πόλιν τὸ Λαουΐνιον οἱ πλείονες ἐκλελοίπασιν, ἑτέραν δ' ἐν ἀμείνονι χώρᾳ ἀντῳκοδόμησαν, ἣν Ἄλβαν ἐκ τῆς λευκότητος, καὶ [W II 4] ἀπὸ τοῦ μήκους Λογγὰν ἐπωνόμασαν· εἴποιεν ἂν Ἕλληνες λευκὴν καὶ μακράν. Ἀσκανίου δὲ τελευτήσαντος οἱ Λατῖ- [D] νοι τὸν ἐκ τῆς Λαουϊνίας τεχθέντα τῷ Αἰνείᾳ υἱὸν εἰς τὴν βασιλείαν προετιμήσαντο τοῦ Ἀσκανίου παιδός, διὰ τὸν πάππον τὸν Λατῖνον τοῦτον προκρίναντες, Σιλούϊον κεκλημένον. ἐκ Σιλουΐου δὲ ἐτέχθη Αἰνείας, ἐξ Αἰνείου δὲ Λατῖνος ἐγένετο, Λατῖνον δὲ διεδέξατο Πάστις. Τιβερῖνος δ' ἄρξας μετέπειτα ἐν ποταμῷ καλουμένῳ Ἀλβούλῳ πεσὼν διεφθάρη· ὃς δὴ ποταμὸς Τίβερις ἐξ ἐκείνου μετωνομάσθη, ῥέων διὰ τῆς Ῥώμης καὶ ὢν τῇ πόλει πολυαρκέστατος καὶ Ῥωμαίοις ἐς τὰ μάλιστα χρησιμώτατος. ἔκγονος δὲ τοῦ Τιβερίνου Ἀμούλιος, ὃς ὑπερφρονήσας καὶ θεοῦν ἑαυτὸν τολμήσας, ὡς βροντάς τε ταῖς βρονταῖς ἐκ μηχανῆς ἀντε- [P I 314] πάγειν καὶ ἀνταστράπτειν ταῖς ἀστραπαῖς ἐνσκήπτειν τε κεραυνούς, διεφθάρη, τῆς λίμνης παρ' ᾗ τὰ αὐτοῦ βασίλεια ἵδρυτο ἐπιρρυείσης αἰφνίδιον καὶ καταποντισάσης κἀκεῖνον καὶ τὰ βασίλεια. Ἀουεντῖνος δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐν πολέμῳ ἀπέθανε.

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ Λαουϊνίου καὶ Ἀλβανῶν· τὰ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐσχήκασι τὸν Νομίτορά τε καὶ τὸν Ἀμούλιον, οἳ Ἀουεντίνου μὲν ἐγένοντο υἱωνοί, τοῦ δ' Αἰνείου ἀπόγονοι. τῆς γοῦν ἐν Ἄλβῃ βασιλείας κατὰ διαδοχὴν περιελθούσης αὐτοῖς, νείμα-

2 χώρῳ BC. καὶ om A. 5 τεχθέντα add AB. 8 αἰνείας ἐτέχθη AB. 9 Πάστις] Tzetzes Κάπυς. πάστις cum P habent AB et omnes Ducangii codices, πάδις CW. eius loco apud Dionysium hi quattuor ponuntur Ἄλβας Κάπετος Κάπυς Κάλπετος, apud Livium *Alba Atys Capys Capetus.* 14 τολμήσας om A. 18 Ἀουεντῖνος et mox Ἀουεντίνου PW. 20 νομίτωρά, et sic ubique, A. 21 post Αἰνείου PW add δ', om AC. τῆς γοῦν — p. 7 v. 2 παρέσχετο Plutarchi Romulus, c. 3—6, paucis mutatis.

relicto urbem aliam in loco meliore condiderunt. quam a colore ac situ Albam Longam appellaverunt. Ascanio defuncto Latini Silvium, Aeneae ex Lavinia filium, in regno propter avi Latini memoriam filio Ascanii praetulerunt. Silvius Aeneam creat, is deinde Latinum, Latino successit Pastis [Capys]. Tiberinus, qui post regnavit, in fluvio Albula submersus est: qui fluvius Romam perfluens, et urbi ad plurimos usus opportunus atque utilissimus, ab illo Tiberis nomen accepit. e Tiberini posteris ortus est Amulius, homo superbus seque pro deo venditare ausus: qui cum machinis quibusdam tonitrua tonitribus fulgura fulguribus referret ac fulmina iacularetur, subita inundatione paludis, ad quam habitabat, periit, una cum regia demersus. Aventinus filius eius in bello caesus est.

Atque haec de Lavinio et Albanis: Romani vero ortum duxerunt a Numitore et Amulio, Aventini nepotibus, Aeneae posteris. ad quos cum Albani regni successio pertineret, regnum et pecuniam dividere

σθαι ταύτην ἠθέλησαν καὶ τὰ χρήματα. τοῦ Ἀμουλίου τοίνυν ἰδίᾳ μὲν τὰ χρήματα θέντος ἰδίᾳ δέ γε τὴν βασιλείαν, καὶ ἐξ
B ἀμφοῖν τὸν ἀδελφὸν προτρεψαμένου ὃ πρὸς βουλῆς αὐτῷ ἐπιλέξασθαι, τὴν βασιλείαν εἵλετο ὁ Νομίτωρ, ἅτε καὶ πρεσβύτερος ἀδελφός· λαβὼν δὲ τὰ χρήματα ὁ Ἀμούλιος, καὶ δύναμιν ἐκ τούτων περιβαλλόμενος, καὶ τὴν βασιλείαν ἀφείλετο. θυγατρὸς δὲ τῷ Νομίτορι οὔσης, δεδιὼς μὴ παῖδες ἐξ αὐτῆς γένοιντο καὶ κατεξανασταῖεν αὐτοῦ, ἱέρειαν τῆς Ἑστίας ἐκείνην ἀπέδειξεν, ἄγαμον διὰ τοῦτο καὶ παρθένον διὰ βίου μέλλουσαν ἔσεσθαι. ἡ δὲ κύουσα ἐφωράθη μετέπειτα ὑπὸ Ἄρεος ὡς μυθεύεται, ὑπ' ἀνθρώπων δὲ πάντως τινός. εἵρχθη οὖν διὰ τοῦτο ἵνα μὴ λάθῃ τεκοῦσα. καὶ ἔτεκε διδύμους παῖδας μεγάλους τε καὶ καλούς. μᾶλλον δὲ φοβηθεὶς ὁ Ἀμούλιος ἐκέλευσε τὰ βρέφη ῥιφῆναι. καὶ ὁ ταῦτα λαβὼν σκάφῃ ἐνθέμενος ἐμβάλλει τῷ ποταμῷ τῷ Τιβέριδι.
C παρασῦραν δὲ τὴν σκάφην τὸ ῥεῦμα εἴς τινα χῶρον κατήνεγκε μαλθακόν· ἔνθα κειμένοις τοῖς βρέφεσι λύκαιναν ἱστοροῦσι προσιοῦσαν θηλὴν παρέχειν αὐτοῖς, καὶ ὄρνιν δρυοκολάπτην παρεῖναι ταῦτα ψωμίζοντα καὶ φυλάττοντα. ἐκεῖ δὲ κείμενα τὰ βρέφη λαθὼν ἀφείλετό τις Ἀμουλίου συοφορβὸς Φαυστοῦλος καλούμενος· καὶ παρὰ τῆς ἐκείνου ἐτράφησαν γυναικός, ᾗ ὄνομα Λαρεντία· καὶ ὁ μὲν Ῥωμύλος ὁ δ' ἕτερος Ῥῶμος ἐκλήθησαν. τινὲς δὲ μὴ λύκαιναν εἶναί φασι τὴν τῶν παίδων τροφόν, ὃ καὶ πιθανώτερον ἢ ἀληθέστερον μάλιστα, ἀρχὴν δὲ τὸν λόγον οὕτω λαβεῖν. λούπας καλοῦσι Ῥωμαῖοι τάς τε λυκαίνας καὶ τὰς ἑταίρας· πορ-

1 καὶ τὰ] κατὰ BW. 2 καὶ om A. 13 δὲ] οὖν AB. 14 τῷ AB, ἐν τῷ PW. 19 φαιστοῦλος AB, etiam p. 8 v. 3 et 12, sed φαυστούλου p. 10 v. 10. Plutarchi codices φαιστύλος. 20 λαυρεντία B, qui mox λαρεντία. 22 τὴν τῶν παίδων φασὶ A.

voluerunt. Amulius igitur regno seorsim posito ac pecunia itidem, optione fratri alterius utrius data, cum Numitor ut natu maior regnum elegisset, ipse pecunia accepta comparatisque copiis etiam regnum sibi vindicavit. Numitoris filiae, veritus ne ex ea nati filii contra se insurgerent, cum eam Vestalem legisset, perpetua virginitate spem partus adimit. sed post compressa a Marte, ut fabulantur, ab homine utique aliquo, et in custodiam data ne fetum clam ederet, gemellos magnos et elegantes peperit. qua re magis territus Amulius infantes exponi iussit. quos minister alveo impositos in Tiberim fluvium abiicit. sed alveo in locum mollem delato lupam ferunt infantibus mammas praebuisse, et picum Martium custodem accessisse, qui eis bolos in ora ingesserit. infantes illic sitos Faustulus Amulii subulcus clam sublatos uxori Larentiae educandos dedit; alterumque Romulum, alterum Remum appellavit. quidam asserunt (idque probabilius atque adeo verius est) non lupam eorum

νευομένη δ᾽ ἡ Λαρεντία ἣ τοὺς παῖδας ἐθρέψατο, καὶ λοῦπα D διὰ τοῦτο καλουμένη, χώραν τῷ μύθῳ παρέσχετο.

2. Αὐξανόμενοι δὲ θυμοειδεῖς ἦσαν καὶ ἀνδρώδεις ἀμφότεροι· ὁ δὲ Ῥωμύλος ἐδόκει συνέσει διαφορώτερος καὶ ἡγεμονικὸς μᾶλλον τὴν φύσιν ἢ πειθαρχικός. γενομένης δέ ποτε πρὸς τοὺς Νομίτορος βουκόλους τοῖς τοῦ Ἀμουλίου διαφορᾶς, συγκόπτουσιν αὐτοὺς οἱ ὁμαίμονες καὶ τῆς ἀγέλης συχνὴν ἀποτέμνονται μοῖραν. μόνῳ δὲ τῷ Ῥώμῳ μεθ᾽ ἡμέρας σὺν ὀλίγοις ἄλλοις βαδίζοντι οἱ τοῦ Νομίτορος βουκόλοι λοχήσαντες συνέλαβον αὐτὸν καὶ ἀπήγαγον πρὸς Νομίτορα· καὶ ὃς πρὸς Ἀμούλιον ἐλθὼν ἐδεῖτο τυχεῖν δίκης, ἀδελφὸς ὢν καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων αὐτοῦ ὑβρισμένος. ὁ P I 315 δὲ παραδίδωσι τῷ Νομίτορι τὸν Ῥῶμον ὡς βούλοιτο χρήσασθαι. ὃς οἴκοι ἐλθὼν καὶ τὸν νεανίσκον ὁρῶν ὑπερφέροντα μεγέθει καὶ ῥώμῃ, καὶ τὸ θαρραλέον αὐτοῦ καὶ ἀδούλωτον τῆς ψυχῆς θαυ- W II 5 μάζων, ἀνέκρινεν ὅστις εἴη καὶ ὅθεν γένοιτο, φωνῇ πρᾳείᾳ. ὁ δὲ θαρρῶν ἔλεγεν ὡς "δίδυμοι μέν ἐσμεν ἀδελφοί, γοναὶ δὲ ἡμῶν ἀπόρρητοι λέγονται καὶ τροφαὶ καὶ τιθηνήσεις θαυμασιώτεραι, θηρίοις καὶ οἰωνοῖς τραφέντων παρὰ τὸν μέγαν ποταμὸν ἐν σκάφῃ τινὶ κειμένων, ἣ ἔτι σώζεται, χαλκοῖς ὑποζώμασι γραμμάτων ἀμυδρῶν ἐγκεχαραγμένων". B

4 διαφορώτατος A. 5 ποτε om C. 6 τοῖς] τῆς C. 8 μεθ᾽ ἡμέρας om A Plutarchus; qui mox μετ᾽ ὀλίγων, vulgo μετ᾽ ὀλίγον. 16 μέν add A.

Fontes. *Cap.* 2. *Plutarchi Romulus*, *c.* 6—8.

nutricem fuisse, sed Larentiam vulgato corpore lupam vocatam locum fabulae dedisse.

2. Cum primum adolevit aetas, ambo animosi et fortes evaserunt; sed Romulus ingenio praestare visus, et ad imperandum quam ad obtemperandum aptior habitus est. exorta igitur inter Numitoris et Amulii pastores rixa fratres illos caedunt et magnam armenti partem abigunt. paulo post Numitoris pastores Remum cum paucis aliis ambulantem ex insidiis adorti ad Numitorem pertrahunt: qui Amulium fratrem precatus est ut sibi ius suum tribueretur, ab illius domesticis insigni affecto iniuria. is Numitori Remum ad supplicium dedit. qui domum regressus, cum adolescentem magnitudine et robore praestantem videret, eiusque fidentiam et minime servilem indolem miraretur, leni voce quis et unde natus esset rogat. ille interritus respondet: se geminos fratres esse, natales suos arcanos, nutricationem et alimoniam mirabiles memorari, ferarum et volucrum ministerio, cum iuxta magnum flumen iacerent in alveo, qui adhuc exstaret aereis laminis devinctus, obscuris litteris incisis.

Ὁ μὲν οὖν Νομίτωρ τοῖς τε λόγοις τοῦ Ῥώμου καὶ τῇ ὄψει πρὸς ἔννοιαν τῆς ἐκθέσεως τῶν τῆς θυγατρὸς ἐνήγετο παίδων, ὁ δὲ Φαυστοῦλος τὴν τοῦ Ῥώμου μαθὼν σύλληψιν τὸν μὲν Ῥωμύλον βοηθεῖν παρεκάλει, τότε σαφῶς διδάξας αὐτὸν περὶ τῆς γενέσεως (πρότερον γὰρ ὑπηνίττετο ὥστ' αὐτοὺς μὴ μικροφρονεῖν), αὐτὸς δὲ τὴν σκάφην κομίζων ἐχώρει πρὸς τὸν Νομίτορα σπουδῆς καὶ δέους μεστός. τοῖς δὲ περὶ τὰς πύλας τοῦ Ἀμουλίου φρουροῖς ὑφορώμενος, καὶ ταραττόμενος περὶ τὰς ἀποκρίσεις, οὐκ C ἔλαθε τὴν σκάφην τῷ χλανιδίῳ περικαλύπτων. ὑπολαβόντες δὲ κλοπιμαῖόν τι φέρειν αὐτόν, εἰς μέσον τὴν σκάφην προήγαγον. ἔτυχε δέ τις παρὼν ἐκεῖ τῶν τὰ παιδάρια ἐκθεμένων· ὃς τὴν σκάφην γνωρίσας, δραμὼν φράζει τῷ Ἀμουλίῳ. καὶ ὁ Φαυστοῦλος ἀνακρινόμενος παρὰ τοῦ βασιλέως σώζεσθαι μὲν τοὺς παῖδας κατέθετο, πόρρω δὲ τῆς Ἄλβης νέμοντας εἶναι· τὴν δὲ σκάφην πρὸς τὴν Ἰλίαν κομίζειν τὴν τῶν παίδων μητέρα, ποθοῦσαν ἰδεῖν. τεταραγμένος δὲ τούτοις Ἀμούλιος ἄνδρα πρὸς τὸν Νομίτορα πέπομφε πυνθανόμενος εἴ τι μάθοι περὶ τῶν παίδων ὡς περιόντων. D ἦν δὲ τῶν φίλων ὁ πεμφθεὶς τῷ Νομίτορι. ἀπελθὼν οὖν καὶ ἐν περιπλοκαῖς τοῦ Ῥώμου εὑρηκὼς τὸν Νομίτορα, παρεθάρρυνέ τε καὶ μὴ μέλλειν αὐτοῖς συνεβούλευε καὶ αὐτὸς δὲ συνέπραττεν. ἄρτι δὲ καὶ ὁ Ῥωμύλος ἐγγὺς ἦν, χεῖρα συχνὴν ἀγροικικὴν ἐπαγόμενος·

2 ἀνήγετο A. 7 τοῖς δὲ — ὑφορώμενος om B. 8 πρὸς τὰς ἀνακρίσεις Plutarchus vulgo. 9 χλαμιδίῳ BW, χλαμυδίῳ Plutarchus. 14 τῆς Ἄλβης] τοὺς ἄλβεις A. 18 τοῦ νομίτωρος A. Plutarchus ἄνδρα.. τοῦ Νομήτορος φίλον.. ἔπεμψε.

Numitori ex Remi verbis et vultu tetigit animum memoria filiorum filiae qui expositi fuissent: Faustulus autem Remi captivitate cognita Romulum ad opem fratri ferendam hortatur, aperteque docet ut nati essent (nam prius per ambages id significarat, ne humilibus essent animis); ipse cum alveo ad Numitorem territus properat. cum autem custodibus aedium Amulii suspectus esset, et in responsionibus vacillaret, et alveum veste tegere satageret, latere illos non potuit, quin eum furtivi aliquid ferre opinati alveum in medium proferrent. tum autem ibi quidam eorum aderat qui pueros exposuerant; qui alveo agnito ad Amulium accurrit et rem nuntiat. Faustulus a rege interrogatus pueros incolumes esse respondit, sed procul ab Alba pecudes pascere: alveum vero se afferre Iliae puerorum matri, eum videre desideranti. his turbatus Amulius quendam ad Numitorem mittit percontatum an superstites esse pueros audivisset. is vero, quem miserat, Numitoris amicus erat. qui cum senem in Remi amplexu invenisset, eis animos addidit et rem maturare eos iussit, atque ipse etiam adiumento fuit. iam Romulus quoque aderat in proximo cum magna agrestium manu, ad quem civium

καὶ τῶν πολιτῶν δὲ αὐτῷ οὐκ ὀλίγοι προσῄεσαν μίσει τοῦ Ἀμουλίου. ὃς οὕτω τῶν πραγμάτων συνενεχθέντων οὐδὲν οὔτε πράξας οὔτε βουλεύσας σωτήριον ἀνῃρέθη.

3. Ῥωμύλος μέντοι καὶ Ῥῶμος τὴν τῆς Ἄλβης ἡγεμονίαν τῷ μητροπάτορι νείμαντες, καὶ τῇ μητρὶ τιμὴν πρέπουσαν, καθ' ἑαυτοὺς εἶναι ἔκριναν (οὔτε γὰρ ἠνείχοντο ἄρχεσθαι), καὶ πόλιν P I 316 ἀναστῆσαι ἔνθα προετράφησαν ἤθελον. ὡρμημένοις δὲ πρὸς τὴν τῆς πόλεως δόμησιν διαφορὰ συνέβη τοῖς ἀδελφοῖς περί τε τῆς ἀρχῆς καὶ περὶ τῆς πόλεως, καὶ διὰ μάχης ἐχώρησαν, ἐν ᾗ ὁ Ῥῶμος ἀπέθανεν. ἕτερος δὲ λόγος ἔχει ὡς τοῦ Ῥωμύλου ἤδη τάφρον ὀρύττοντος ἣ τῆς πόλεως εἶναι προτείχισμα ἔμελλε, πῇ μὲν ἀπεῖργε τὸ ἔργον ὁ Ῥῶμος πῇ δὲ ἐχλεύαζε· καὶ τέλος διαλλόμενον αὐτὴν ὡς εὐεπιχείρητον οἱ μὲν Ῥωμύλου πατάξαντος οἱ δ' ἑτέρου τινὸς ἱστοροῦσι πεσεῖν. ὅθεν καὶ ἐνομίσθη τὸν στρατοπέδου τάφρον τολμήσαντα διελθεῖν παρὰ τὰς συνήθεις ὁδούς, θανατοῦσθαι.

Ὁ δὲ Ῥωμύλος θάψας τὸν ἀδελφὸν ᾤκιζε τὴν πόλιν, καὶ βοῦν ἄρρενα συζεύξας θηλείᾳ, καὶ ἀρότρῳ ὕννιν χαλκῆν ἐμβαλών, B αὐτὸς μὲν αὔλακα βαθεῖαν κυκλοτερῆ περιέγραψεν, οἱ δ' ἑπόμενοι τὰς βώλους, ἃς ἀνίστη τὸ ἄροτρον, εἴσω πάσας τῆς αὔλακος περιέστρεφον. καὶ ὅπου μὲν ἔμελλε τὸ τεῖχος ἀνίστασθαι, καθὼς εἴρηται ἡ αὖλαξ ἐτέτμητο, ἔνθα δὲ πύλας στῆσαι διενοοῦντο,

10 τάφρον ἤδη AB. 11 ἔμελλεν εἶναι προτείχισμα AB. 12 δὲ] δέ γε AB. 13 κατάξαντος BC, κατάξοντος PW. 14 ὅθεν — θανατοῦσθαι non leguntur apud Plutarchum. 18 περιέγραφε A, περιέγραφεν PW. 21 δὲ om A.

FONTES. *Cap. 3. Plutarchi Romulus, c. 9—17, nonnullis ex Dione potissimum additis: excerptum Valesianum 3, Tzetzae schol. in Lycophronis Alexandrae v. 1232.*

quoque non pauci odio Amulii se contulerant. hoc rerum statu Amulius, nihil salutaris consilii operisve molitus, occiditur.

3. Romulus et Remus, Albana re Numitori avo permissa et iusto honore matri habito, suo more vivere (neque enim ferebant imperium) decreverunt; et urbem, quo in loco educati essent, condere voluerunt. eam rem aggressis fratribus discordia incessit de principatu et de urbe; ortaque pugna Remus occiditur. alia fama est, Romulo fossam fodiente in munimentum urbis, Remum id opus partim prohibuisse partim derisisse, ac denique transsilisse ut superatu facilem, eaque de causa vel a Romulo vel ab alio ictum cecidisse. unde receptum sit, qui fossam castrorum praeter solitas vias transierit, capite plecti.

Romulus fratre sepulto urbem condidit, et tauro vaccae iuncto aereoque vomere aratro inserto ipse sulcum profundum in orbem terrae impressit: qui sequebantur, glebas ab aratro eversas omnes intra sulcum reposuerunt. atque ubi murus exstruendus erat, sulcus, ut dictum

διάλειμμα ἐποιοῦντο τῆς αὔλακος, τὸ ἄροτρον ἀνέχοντες ὕπερθεν. πᾶν μὲν γὰρ τεῖχος νομίζουσιν ἱερόν· τὰς δὲ πύλας εἴπερ ἥγηντο ἱεράς, οὐκ ἦν τὰ μὲν δι᾽ αὐτῶν εἰσάγειν τὰ δὲ ἀποπέμπειν τῶν ἀναγκαίων καὶ μὴ καθαρῶν.

Ἡ δὲ κτίσις τῆς πόλεως ταύτης ἡμέρᾳ τετέλεστο τῇ πρὸ ἕνδεκα καλανδῶν Μαΐων, ἢ ἂν εἴη εἰκοστὴ Ἀπριλλίου· καὶ τὴν
W II 6 ἡμέραν ταύτην ἑορτάζουσι Ῥωμαῖοι, γενέθλιον τῆς πατρίδος ὀνο-
C μάζοντες. ὀκτωκαίδεκα δ᾽ εἶναι Ῥωμύλος ἐνιαυτῶν ἀναγέγραπται ὅτε τὴν Ῥώμην συνῴκισεν. ἔκτισε δὲ αὐτὴν περὶ τὴν τοῦ Φαυστούλου οἴκησιν· ὠνόμαστο δ᾽ ὁ χῶρος Παλάτιον.

Κτισθείσης μέντοι τῆς πόλεως, ὅσον μὲν ἐν ἡλικίᾳ στρατευσίμῳ πλῆθος ἐτύγχανεν, εἰς στρατιωτικὰ διεῖλε συντάγματα (ἕκαστον δὲ σύνταγμα πεζῶν τρισχιλίων ἦν καὶ τριακοσίων ἱππέων, ἐκλήθη δὲ λεγεών, ὅτι λογάδες ἦσαν ἐκ πάντων οἱ μάχιμοι), τοῖς δ᾽ ἄλλοις δήμῳ ἐκέχρητο. καὶ τὸν δῆμον ποπούλους ὠνόμασεν· ὅθεν καὶ παρὰ ταῖς βίβλοις ταῖς νομικαῖς ποπουλαρία κέκληται ἡ
D δημοτικὴ ἀγωγή. τῶν μέντοι περιφανεστέρων γένει τε καὶ συνέσει καὶ βίου αἱρέσει ἑκατὸν ἀπέδειξε βουλευτάς, πατρικίους ὀνομάσας αὐτούς· τὸ δὲ λοιπὸν σύστημα σενάτον προσηγόρευσεν, ὅ ἐστι γερουσία. πατρίκιοι μέντοι οἱ βουλευταὶ ἐπεκλήθησαν ἢ ὅτι

3 ἑαυτῶν A. 6 ἢ ἂν εἴη μᾶλλον εἰκοστὴ ἀπριλλίῳ A. haec non leguntur apud Plutarchum. 8 ὀκτωκαίδεκα — 10 Παλάτιον Dionis excerptum Valesianum 3. 10 cf. lib. 10 cap. 32, pag. 533 c edit. Paris. 12 πλήθει BCW. "Regii et Colb. πλῆθος, atque ita emendavimus" Ducangius. 16 ὅθεν — 17 ἀγωγή Plutarchi verbis addita sunt. 19 λοιπὸν] sic libri mss: PW σφῶν λοιπόν. σφῶν recens adscriptum margini C. Plutarchus καὶ αὐτοὺς μὲν πατρικίους, τὸ δὲ σύστημα σενάτον προσηγόρευσεν. σέναγον C.

est, ductus fuit: ubi vero portas exstruere instituerunt, aratro sursum elato sulcum interruperunt. nam omnem murum sanctum censent: si vero portas etiam sanctas censerent, non utique res necessarias et immundas per eas vel inferre vel efferre liceret.

Urbis aedificatio undecimo Kal. Maias, hoc est vigesimo Aprilis est absoluta: qui dies Romanis festus est et patriae natalis appellatur. quo tempore memorant Romulum 18 annorum fuisse. condidit autem urbem eo in loco ubi Faustulus habitabat, qui locus Palatium dicebatur.

Urbe perfecta, qui militari aetate erant, eos in legiones, inde dictas quod bello apti ex omnibus legerentur, distribuit: reliqui populi nomine censebantur. unde apud iureconsultos popularis actio vocata. habebat autem tum legio ter millenos pedites et trecentenos equites. ex illustrioribus genere prudentia et instituto vitae centum creat senatores, quos patricios nominavit, coetum senatum. senatores porro appellati fuere patricii sive quod ingenuorum liberum patres essent, seu potius

παίδων ἦσαν γνησίων πατέρες, ἢ μᾶλλον ὅτι αὐτοὶ πατέρας ἑαυτῶν ἀποδεικνύειν ἠδύναντο ἕκαστος ἐκ γένους ὄντες γνωρίμου, ἢ ἀπὸ τῆς πατρωνίας· οὕτω δ' ἐκάλουν τὴν προστασίαν· πάτρωνας γὰρ τοὺς κηδεμονικοὺς καὶ βοηθητικοὺς προσηγόρευον. μάλιστα δ' ἄν τις καταστοχάσαιτο τῆς τοῦ Ῥωμύλου διανοίας, εἰ οἴοιτο διὰ τῆς κλήσεως ταύτης ἐμφαίνειν χρῆναι τοὺς πρώτους καὶ δυνατωτάτους τῆς πόλεως πατρικῇ κηδεμονίᾳ κήδεσθαι τῶν ταπεινο- P I 317 τέρων, ἅμα δὲ καὶ τὸν δῆμον ἐνάγειν διὰ τῆς τῶν πατρικίων προσηγορίας εἰς τὸ μὴ ἄχθεσθαι ταῖς τῶν κρειττόνων τιμαῖς ἀλλ' εὐνοϊκῶς διακεῖσθαι, νομίζοντας πατέρας αὐτοὺς καὶ προσαγορεύοντας.

Πολλῶν δὲ τῇ πόλει ἐνοικισθέντων ὧν ὀλίγοι γυναιξὶ συνεζεύγνυντο, φροντὶς τῷ Ῥωμύλῳ ἐγένετο ἵνα κἀκεῖνοι γυναῖκας ἑαυτοῖς συνοικίσωσι. σύγκλυδες δὲ καὶ ἐξ ἀπόρων ὄντες καὶ ἀφανῶν, ὑπερωρῶντο πρὸς κῆδος παρὰ τῶν γειτνιώντων ἐθνῶν. βούλεται τοίνυν ἐξ ἁρπαγῆς λαβεῖν γυναῖκας τοὺς πολίτας αὐτοῦ, καὶ κηρύσσει θυσίαν καὶ ἀγῶνα καὶ θέαν μέλλειν ἐπιτελεῖν πανηγυρικήν, ὡς βωμοῦ εὑρημένου θεοῦ καινοῦ. καὶ πολλοὶ συνῆλθον. B αὐτὸς δὲ προὐκάθητο μετὰ τῶν ἀρίστων, ἁλουργίδι κεκοσμημένος· δέδωκε δὲ τῷ δήμῳ τῆς ἐπιχειρήσεως σύμβολον τὴν τῆς ἁλουργίδος διάπτυξιν καὶ αὖθις ταύτης περιβολήν. οὗ γενομένου σπασάμενοι τὰ ξίφη μετὰ βοῆς ὥρμησαν καὶ ἥρπαζον τὰς θυγατέρας τῶν Σαβίνων παρθένους, οὐ μέντοι γυναῖκας τινῶν.

3 πατρωνείας Plutarchus. οὕτως ABC. 8 καὶ om A. 14 δὲ] γὰρ AC. 15 ὑπερεωρῶντο Plutarchus. γειτνιώντων AC, γειτνιόντων PW. βουλεύεται AB. 17 τελεῖν A.

quod patres suos demonstrare possent, nobili quisque ortus genere, sive a patrocinio et ope ferenda. verum is proxime ad Romuli mentem accedere videri queat qui eum nomine patriciorum significare voluisse crediderit, principibus et potentissimis civitatis humiliores patria cura complectendos esse; simulque plebem eo perducere studuisse, ne superiorum honoribus invideret, sed faveret potius iis quos patres et putaret et appellaret.

Cum autem in civitatem multi recepti essent caelibes, Romulo curae fuit ut illi quoque uxores nanciscerentur. sed quia convenae ob stirpem inopem atque obscuram a vicinis populis spernebantur, consilium init raptu parandi coniuges suis civibus: et rem divinam ludorumque celebritatem indicit, quasi ara novi dei inventa esset. quo cum multi convenissent, ipse cum optimatibus praesidens purpura conspicuus eam populo tesseram dedit ut, cum purpuram explicasset ac rursus complicasset, rem aggrederentur. quo facto strictis ensibus et cum clamoribus impetu facto Sabinorum filias virgines, nullas autem uxores, rapiebant.

Τολμηθείσης δὲ τῆς ἁρπαγῆς οἱ Σαβῖνοι, πολλοὶ καὶ πολεμικοὶ ὄντες καὶ κώμας ἀτειχίστους οἰκοῦντες διὰ τὸ μέγα φρονεῖν ὡς Λακεδαιμονίων ἄποικοι, πρεσβείαν πρὸς τὸν Ῥωμύλον πεποίηνται, λῦσαι τὸ τῆς βίας ἔργον ζητοῦντες, πειθοῖ δὲ καὶ νόμῳ πράττειν τοῖς γένεσι φιλίαν καὶ οἰκειότητα. τοῦ δὲ Ῥωμύλου τὰς μὲν C *κόρας μὴ προϊεμένου, ἀξιοῦντος δὲ τὴν κοινωνίαν δέχεσθαι τοὺς Σαβίνους, οἱ μὲν ἄλλοι βουλευόμενοι διέτριβον, Ἄκρων δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Καινηνιτῶν, θυμοειδὴς ἀνὴρ καὶ πολεμικώτατος, προεξανέστη καὶ μετὰ πολλῆς ἐχώρει δυνάμεως ἐπὶ τὸν Ῥωμύλον. ὁμοῦ δὲ γεγονότες ἀλλήλους προὐκαλοῦντο μάχεσθαι, ἀτρεμούντων τῶν στρατευμάτων. τῆς γοῦν μονομαχίας ἀμφοῖν γενομένης καταβάλλει μὲν ὁ Ῥωμύλος τὸν Ἄκρωνα, τρέπεται δὲ καὶ τὸ ἐκείνου στράτευμα μάχης συγκροτηθείσης· καὶ τὴν πόλιν αἱρεῖ, οὐ μέντοι τοὺς ἐν αὐτῇ κακόν τι διέθετο, ἀλλ' ἢ μόνον ἐκέλευσε τὰς οἰκίας καθελόντας ἀκολουθεῖν εἰς Ῥώμην αὐτῷ, ὡς πολίτας ἐσομένους καὶ τῶν ἴσων ἀξιωθησομένους.*

D *Εἶτα καὶ ἄλλοι τῶν Σαβίνων τοῖς Ῥωμαίοις ἐμαχέσαντο καὶ ἡττήθησαν. ἐπὶ τούτοις οἱ λοιποὶ τῶν Σαβίνων τὸν Τάτιον στρατηγὸν ἀποδείξαντες ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐστράτευσαν καὶ τὸ Καπιτώλιον εἷλον προδεδομένον ὑπὸ Ταρπηΐας τῆς θυγατρὸς τοῦ φρου-* W II 7 *ράρχου. ἐκείνη γὰρ ἐφ' ὕδωρ κατελθοῦσα συνελήφθη καὶ ἤχθη πρὸς Τάτιον, καὶ ἀνεπείσθη προδοῦναι τὸ ἔρυμα, τῶν χρυσῶν*

8 *καιηνιτῶν* C, *Κενινητῶν* Plutarchus. 10 *γεγονότες* AC, *γεγονότος* PW. *προὐκαλοῦντο* A Plutarchus, *προεκαλοῦντο* PW. 11 *μονομαχίας*] *μοναρχίας* A. 14 *τοὺς* add AB. 15 *καθελόντες* A. 18 *στρατηγὸν τὸν τάτιον* AB. 20 *προδιδο* —, reliquis litteris erasis et recens suppletis, B. 21 *ἐκείνη* — 22 *Τάτιον* non habet Plutarchus.

Ob id facinus Sabini, populosa gens et bellicosa, quaeque ob animorum magnitudinem, ut Lacedaemoniorum colonos par est, pagos sine muris incolebat, per legatos a Romulo petierunt ut, violentia rescissa, voluntate et lege amicitia inter ipsos et affinitas contraheretur. Romulo vero puellas non reddente, sed postulante ut Sabini coniugia probarent, aliis consultando tempus trahentibus, Acron Caeninensium rex, vir iracundus et bellicosissimus, prior armis arreptis magnas copias contra Romulum ducit. cum ambo in propinquo essent, uterque alterum ad pugnam provocat, quiescentibus exercitibus. in eo singulari certamine Romulus Acronem obtruncat, commissoque praelio eius exercitum fundit fugatque, urbem capit, neque tamen cives alia clade afficit quam quod dirutis aedibus se Romam sequi iussit, cives futuros et aequo iure usuros.

Deinde etiam aliis Sabinis Romanos bello aggressis et superatis, demum reliqui Tatio duce creato Romae bellum intulerunt, et Capitolium a Tarpeia, eius qui arci praeerat filia, proditum ceperunt. quae cum aquam petitum extra moenia ivisset, ad Tatium perducta persuaderi

βραχιονιστήρων ἐρασθεῖσα οὓς ἐν ταῖς ἀριστεραῖς ἐφόρουν χερσὶν οἱ Σαβῖνοι, καὶ μισθὸν ὑπὲρ τῆς προδοσίας αὐτοὺς λαβεῖν ἀπαιτήσασα. συνθεμένου δὲ τοῦ Τατίου νύκτωρ μίαν πύλην ἀνοίξασα τοὺς Σαβίνους ἐδέξατο. εἰσελθὼν δὲ ὁ Τάτιος ἐκέλευσε τοὺς ὑπ' P I 318 αὐτὸν ὅσα ἐν ταῖς ἀριστεραῖς χερσὶν ἔφερον διδόναι αὐτῇ, καὶ πρῶτος αὐτὸς τὸν βραχιονιστῆρα τῇ Ταρπηΐᾳ ἐπέρριψε καὶ τὸν θυρεόν. πάντων δὲ ὁμοίως ποιούντων βαλλομένη τε τῷ χρυσῷ καὶ καταχωσθεῖσα τοῖς θυρεοῖς ὑπὸ πλήθους καὶ βάρους ἀπέθανεν.

Ἔργῳ οὖν οὗτος ἐποίησεν ὃ λόγοις ὕστερον εἶπον ὁ Καῖσαρ καὶ ὁ Ἀντίγονος· ὁ μὲν γὰρ προδοσίαν ἔφη φιλεῖν, προδότην δὲ μισεῖν· ὁ δὲ Ἀντίγονος προδιδόντας μὲν ἀσπασίως εἶπε προσίεσθαι, προδεδωκόσι δὲ ἀπεχθάνεσθαι.

4. Ληφθείσης δὲ τῆς ἄκρας ὑπὸ τῶν Σαβίνων, μάχη καρτερὰ συνερράγη μέσον αὐτῶν καὶ Ῥωμαίων, ἐν ᾗ πολλοὶ μὲν B ἔπεσον, ὁ δὲ Ῥωμύλος ἐπλήγη λίθῳ τὴν κεφαλήν. ἔτι δὲ μάχεσθαι παρασκευαζομένους τοὺς Σαβίνους ἐπέσχον αἱ ἡρπασμέναι θυγατέρες αὐτῶν, ἄλλοθεν ἄλλαι μετὰ βοῆς καὶ ὀλολυγμοῦ ὀφθεῖσαι αὐτοῖς, αἱ μὲν νήπια πρὸς ταῖς ἀγκάλαις κομίζουσαι, αἱ δὲ τὴν κόμην προϊσχόμεναι λελυμένην, πᾶσαι δὲ ἀνακαλούμεναι τοῖς φιλτάτοις ὀνόμασι ποτὲ μὲν τοὺς Σαβίνους ποτὲ δὲ τοὺς Ῥωμαίους. ἐπεκλάσθησαν οὖν οἱ ἐναντίοι καὶ διέστησαν αὐταῖς ἐν μέσῳ στῆναι τῆς παρατάξεως, καὶ κλαυθμὸς ἅμα διὰ πάντων ἐχώρει. δια-

1 βραχιονιστηρίων A. 2 λαβεῖν αὐτοὺς A. 12 προδιδόντας AC, προδιδόντος PW. 17 ἡρπαγμέναι BW. 18 ἀλαλαγμοῦ Plutarchus.

Fontes. *Cap. 4. Plutarchi Romulus, c.* 18—29.

sibi sivit ut arcem proderet: Sabinosque, aureas armillas quas laevo brachio habebant pacta, noctu una porta accipit. Tatius ingressus suos quicquid laeva gestarent Tarpeiae dare iussit, et ipse primus armillam et scutum in eam coniecit. quod cum omnes facerent, auri scutorumque multitudine oppressa exspirat.

Hic igitur re ipsa declaravit, quod Caesar et Antigonus post sermone usurparunt: nam alter se proditionem amare, proditores odisse, alter eos qui prodant benigne admittere, qui prodiderint se aversari dixit.

4. Arce a Sabinis capta pugna vehemens inter eos et Romanos exarsit, in qua multi ceciderunt, Romulus lapide caput ictus est. Sabinos vero ad urgendum praelium paratos raptae ipsorum filiae inhibuerunt, aliae aliunde cum clamore et ululatu progressae, partim infantes in ulnis gestantes, partim passum capillum praetendentes, omnes vero suavissimis nominibus nunc Sabinos nunc Romanos inclamantes. movit ea res hostes, ut dirempta acie mulieres in medio stare paterentur, nemine non plorante. ac

λεχθέντων δὲ τῶν γυναίων συνῆλθον εἰς λόγους οἱ ἡγεμόνες καὶ συνέθεντο τῶν μὲν γυναικῶν αἳ βούλονται τοῖς ἔχουσι συνοικεῖν, C *παντὸς ἔργου καὶ πάσης λατρείας πλὴν ταλασίας ἀφειμένας, οἰκεῖν δὲ τὴν πόλιν Ῥωμαίους καὶ Σαβίνους κοινῇ, καὶ καλεῖσθαι αὐτὴν Ῥώμην ἐπὶ Ῥωμύλῳ, Κυρίτας δὲ Ῥωμαίους ἐπὶ τῇ Τατίου πατρίδι Κυρίτα, βασιλεύειν δὲ κοινῇ καὶ στρατηγεῖν ἀμφοτέρους. ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ τὰς συνθήκας ἔθεντο καλεῖται κομίτιον, τόπος δηλαδὴ συνελεύσεως· κόμιρε γὰρ Ῥωμαίοις τὸ συνελθεῖν λέγεται. προσκατελέχθησαν δὲ τοῖς πατρικίοις ἐκ τῶν Σαβίνων ἕτεροι ἑκατόν. ἐβουλεύοντο δὲ οἱ βασιλεῖς οὐκ εὐθὺς ἐν κοινῷ μετ᾽ ἀλλήλων, ἀλλ᾽ ἑκάτερος πρότερον ἰδίᾳ μετὰ τῶν ἑκατόν· εἶτα εἰς τὸ αὐτὸ πάντες συνήγοντο.*

D *Ἔτει δὲ πέμπτῳ τοῦ Τάτιον Ῥωμύλῳ συμβασιλεύειν, συγγενεῖς αὐτοῦ πρέσβεσι καθ᾽ ὁδὸν ἐντυχόντες εἰς Ῥώμην ἀπὸ Λαυρέντου βαδίζουσιν ἐπεχείρουν ἀφαιρεῖσθαι βίᾳ τὰ χρήματα ἃ ἐπήγοντο, καὶ μὴ προϊεμένους ἀλλ᾽ ἀμυνομένους ἀνεῖλον. ὁ μὲν οὖν Ῥωμύλος κολάζεσθαι τοὺς ἀδικήσαντας ἐψηφίζετο, ὁ δὲ Τάτιος ἐξέκρουε καὶ παρῆγε· καὶ τοῦτο μόνον ὑπῆρξεν αἴτιον σφίσι διαφορᾶς ἐμφανοῦς. οἱ δὲ τῶν ἀνῃρημένων οἰκεῖοι μὴ τυγχάνοντες δίκης, ἐν Ἀλβανῷ θύοντα μετὰ Ῥωμύλου τὸν Τάτιον προσπεσόντες κτιννύουσι· τὸν δὲ Ῥωμύλον ὡς δίκαιον ἄνδρα σὺν*

2 *τῶν* om C. 3 *ἀφειμένας* Plutarchus, *ἀφειμένα* A, *ἀφειμέναι* PW. 5 *ἐπὶ ῥωμύλου* C, *ἀπὸ ῥωμύλου* W. 6 *Κυρίτα* om Plutarchus. 7 *κομίτιον*] haec similiter Dio, exc. Vatic. 3, sed suppletus ex Plutarcho. 13 *τατίου ῥωμύλῳ συμβασιλεύοντος* A. 17 *κολάζεσθαι* AB, *κολάσαι* PW: Plutarchus *δεῖν ᾤετο κολάζεσθαι*. 20 *Ἀλβάνῳ* PW, *Λαβινίῳ* Plutarchus cum Dionysio Halicarnassensi et Livio.

mulierum verbis adducti duces colloquio habito pepigerunt ut matronae quae vellent apud maritos manerent omnis operis omnisque ministerii praeterquam lanificii immunes, et Sabini aequo iure cum Romanis viverent, ipsaque urbs a Romulo Roma, populus Quirites a Curibus Tatii patria vocaretur, et ambo regnum ac militare imperium consociarent. locus in quo foedus ictum est a coeundo comitium appellatur. ex Sabinis centum in patricios lecti sunt. reges vero non statim communiter, sed cum suis uterque centum patribus seorsim deliberabant: deinde in locum unum omnes congregabantur.

Anno quinto Tatii cum Romulo regnantis propinqui regis Tatii Laurentium legatos Romam ituros in itinere spoliare aggressi, repugnantes et se suaque defendentes occiderunt. ac Romulo iniurios puniendos esse decernente, Tatio poenam eludente et differente, reges hac una in re aperte dissenserunt. caesorum propinqui iure negato Tatium in Albano cum Romulo sacrificantem concursu facto interficiunt, Romulum ut

εὐφημίαις προέπεμψαν. οὐ μὴν ἐτάραξε τοὺς Σαβίνους ὁ φόνος τοῦ ἄρχοντος σφῶν, ἀλλ' οἱ μὲν εὐνοίᾳ τῇ πρὸς Ῥωμύλον, οἱ P I 319 δὲ φόβῳ τῆς δυνάμεως εἴκοντες διετέλουν. εἶτα λοιμὸς ἐμπίπτει τῇ Ῥώμῃ θανάτους αἰφνιδίους ἀνθρώποις ἐπιφέρων νόσων χωρίς, καὶ ἀφορία καρπῶν καὶ θρεμμάτων ἀγονία· ὕσθη δὲ καὶ σταγόσιν αἵματος ἡ πόλις. ὅμοια δὲ καὶ τοῖς Λαυρεντίοις συνέβαινεν. ἐδόκει τοίνυν διὰ τὸν Τατίου φόνον καὶ τοὺς παρὰ τῶν Σαβίνων ἀνῃρημένους πρέσβεις ποινηλατεῖν τὰς πόλεις δαιμόνιον μήνιμα. ἐκδοθέντων δὲ τῶν φονέων καὶ κολασθέντων ἐλώφησαν τὰ δεινά.

Ῥωννυμένων δὲ τῶν πραγμάτων Ῥωμαίοις οἱ μὲν ἀσθενέστεροι τῶν προσοίκων ὑπέκυπτον, οἱ δυνατοὶ δὲ οὐκ ᾤοντο δεῖν B περιορᾶν ἀλλὰ κολούειν τὴν αὔξησιν. πρῶτοι δὲ Τυρρηνῶν W II 8 Οὐήϊοι ἀρχὴν ἐποιήσαντο πολέμου. συμβαλόντες οὖν καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντες ὁμολογίαν ἐποιήσαντο καὶ φιλίαν ἐπὶ ἐνιαυτοὺς ἑκατόν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἀρίστων παρέσχον εἰς ὁμηρείαν πεντήκοντα.

Ἐθριάμβευσεν οὖν τούτους νικήσας Ῥωμύλος. εἶτα ἐπαρθεὶς ταῖς παραλόγοις εὐτυχίαις καὶ βαρυτέρῳ φρονήματι χρώμενος ἐξίστατο τοῦ δημοτικοῦ καὶ παρήλλαττε καὶ εἰς ἐπαχθῆ μοναρχίαν καὶ λυποῦσαν ἀπὸ τοῦ σχήματος ἑαυτὸν ἐσχημάτιζεν. ἁλουργῆ μὲν γὰρ ἐνεδύετο χιτῶνα καὶ τήβενναν ἠμπίσχετο περιπόρφυρον καὶ πεδίλοις ἐκέχρητο ἐρυθροῖς καὶ ἐν θρόνῳ ἀνακλίτῳ καθήμενος C

2 σφῶν ἄρχοντος A. 4 Ῥώμῃ] πόλει A. 12 κολούειν C Plutarchus, κωλύειν PW. 13 οὐῆροι ABC. 19 ἐξίστα B. 21 ἐνεδέδυτο A: Plutarchus ἐνεδύετο. ἠμπίσχετο A, ἐμπίσχετο B, ἠμπήσχετο PW. καὶ πεδίλοις ἐκέχρητο ἐρυθροῖς om Plutarchus.

virum iustum laudibus prosequentes. Sabinos sui ducis caedes non turbavit quo minus partim benevolentia erga Romulum, partim eius potentiae metu, parerent. deinde Romae pestilentia laboratum, hominibus sine morbis repente morientibus, ac sterilitate agrorum et pecudum; et sanguineae guttae depluerunt. cum Laurentibus etiam similia accidissent, opinio fuit, numen caedis Tatii et legatorum, quos Sabini trucidassent, exigere poenas, homicidis ad supplicium deditis mala illa desierunt.

Crescentibus Romanorum viribus, ex finitimis populis imbecilliores cedebant: potentibus vero non connivendum esse ratis, sed incrementa prohibenda, primi Tyrrhenorum Veientes occupant bellum facere. congressi multis amissis pactione inducias in centum annos impetrarunt, quinquaginta ex optimatibus obsidibus datis.

His superatis Romulus triumphavit; atque inde mirandis successibus elatior et gravior factus, relicta mutataque populari consuetudine se ad odiosae et molestae monarchiae habitum conformavit, tunicam purpuream et togam praetextam induere et rubris calceis uti solitus, et in solio re-

ἐχρημάτιζεν· ἦσαν δὲ περὶ αὐτὸν ἀεὶ καὶ τῶν νέων συχνοί, οὓς Κέλερας προσηγόρευεν, ὃ κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων διάλεκτον δηλοῖ τοὺς ταχεῖς, καὶ πρόσθεν ἐβάδιζον ἕτεροι βακτηρίαις τὸν ὄχλον ἀνείργοντες, ὑπεζωσμένοι ἱμάντας, ὥστε συνδεῖν οὓς κελευσθῶσιν.

Ἐπεὶ δὲ Νομίτορος τοῦ πάππου αὐτοῦ ἐν Ἄλβῃ τελευτήσαντος, Ῥωμύλῳ προσηκούσης τῆς βασιλείας, αὐτὸς εἰς μέσον ἔθηκε τὴν πολιτείαν δημαγωγῶν, καὶ κατ' ἐνιαυτὸν ἀπεδείκνυεν ἄρχοντα τοῖς Σαβίνοις, ἠρέθισε τοὺς ἐν Ῥώμῃ δυνατοὺς ἀβασίλευτον
D ζητεῖν καὶ αὐτόνομον πολιτείαν. οὐδὲ γὰρ οἱ καλούμενοι πατρίκιοι πραγμάτων μετεῖχον, ἀλλ' ὄνομα καὶ σχῆμα ἦν αὐτοῖς, ἔθους ἕνεκα μᾶλλον ἢ γνώμης ἀθροιζομένοις εἰς τὸ βουλευτήριον· εἶτα Ῥωμύλου πράττοντος ἠκροῶντο σιγῇ, καὶ τὸ πρὸ τῶν ἄλλων τὸ δεδογμένον ἐκείνῳ μαθεῖν πλέον ἔχοντες τῶν λοιπῶν ἀπηλλάττοντο. ὅθεν ἐδόκει τὴν γερουσίαν προπηλακίζειν· διὸ αὕτη ὕποπτος ἔδοξε μετ' ὀλίγον ἀφανοῦς γενομένου Ῥωμύλου. λέγεται γὰρ ἐκκλησίαν ἄγοντος αὐτοῦ περὶ τὸ καλούμενον Αἰγὸς ἕλος τοῦ μὲν ἡλίου τὸ φῶς ἐπιλιπεῖν, νύκτα δὲ κατασχεῖν βροντάς τε δεινὰς συμβῆναι καὶ πνοὰς ἀνέμων ζάλην ἐλαυνούσας. ἐν δὲ τούτῳ τὸν μὲν ὄχλον
P I 320 φεύγειν, τοὺς δὲ δυνατοὺς συστραφῆναι μετ' ἀλλήλων. τῆς δ' ἐν τῷ ἀέρι ταραχῆς λωφησάσης καὶ αὖθις πολλῶν ὁμοῦ γενομένων ζητεῖσθαι τὸν βασιλέα· τοὺς δὲ δυνατοὺς οὐκ ἐᾶν ἐξετάζειν περὶ

2 προσηγόρευσεν A. τῶν om BC. 4 κελευσθῆναι C. 9 σαβίνοις etiam Plutarchi codices: Xylander Ἀλβανοῖς. 13 πράττοντος] προστάττοντος Plutarchus. 14 μαθεῖν A, μαθῶν PW. 16 ἀφανοῦς μετ' ὀλίγον A. 19 ἐλαυνούσας] αὐχούσας A. 20 φυγεῖν Plutarchus.

clinatus respondere; multosque iuvenes, quos Celeres vocabat, semper iuxta se habuit, et lictores ante se, baculis turbam summoventes et lora gerentes quibus vincirent homines iussi a rege.

Ut autem avo Numitore mortuo Albanoque regno ad ipsum pertinente rem publicam ad conciliandos populi animos libertate donavit, et quotannis principem Sabinis designavit, Romani proceres ad cupiditatem popularis liberaeque rei publicae sunt incitati. neque enim patriciorum ulla erat in rebus gerendis auctoritas, sed nomen duntaxat et habitum regi accommodabant, cum consuetudinis potius ergo quam sententiae dicendae causa in curiam vocati Romulum decernentem taciti audirent, nulla re superiores caeteris nisi quod, quae ille decrevisset, primi audiebant. ea re cum dignitatem senatus imminuere videretur, ac paulo post in terris esse desiisset, patres suspicione haud caruerunt. nam cum ad Caprae paludem contionem haberet, fertur obscurato sole nox exstitisse cum horrendis tonitribus et procellis. interea turbam diffugisse, proceres vero sese conglobasse. tempestate sedata populoque rursus con-

αὐτοῦ, τιμᾶν δὲ παρακελεύεσθαι πᾶσι καὶ σέβεσθαι Ῥωμύλον ὡς ἀνηρπασμένον εἰς θεούς, καὶ θεὸν ἐσόμενον σφίσιν ἀντὶ χρηστοῦ βασιλέως.

Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ πεπεισμένοι τοῖς λόγοις ἀπηλλάττοντο ἐλπίσι χρησταῖς αἰωρούμενοι, ἔνιοι δὲ ἐν ὑπονοίαις τοὺς πατρικίους πεποίηντο καὶ ἐτάραττον ὡς τὸν δῆμον ἀβέλτερα πείθοντας, αὐτοὺς τοῦ βασιλέως γεγονότας αὐτόχειρας. καὶ πράγματα ἂν παρέσχον τοῖς δυνατοῖς, εἰ μή τις τῶν ἱππέων Ἰούλιος Πρόκλος, B γένει τε δοκιμώτατος καὶ ἤθει χρηστὸς καὶ Ῥωμύλῳ πιστός, εἰς ἀγορὰν ἐλθὼν ἐνόρκως εἶπεν ὡς ὀφθείη Ῥωμύλος αὐτῷ καλὸς καὶ μέγας ὡς οὔποτε πρόσθεν καὶ ὅπλοις λαμπροῖς κεκοσμημένος καὶ φλέγουσι, καὶ ὡς αὐτὸς μὲν πύθοιτο "τί δὴ παθὼν ὦ βασιλεῦ ἡμᾶς μὲν ἐν αἰτίαις πεποίηκας πονηραῖς, πᾶσαν δὲ τὴν πόλιν ἐν πένθει προλέλοιπας"; ἐκεῖνος δὲ πρὸς ταῦτα ἀμείψοιτο "θεοῖς ἔδοξεν ὦ Πρόκλε τοσοῦτον χρόνον ἡμᾶς γενέσθαι μετ' ἀνθρώπων, αὖθις δ' οὐρανὸν οἰκεῖν, ἐκεῖθεν ὄντας. ἀλλὰ χαῖρε καὶ φράζε Ῥωμαίοις ὅτι σωφροσύνην καὶ ἀνδρείαν ἀσκοῦντες ἐπὶ πλεῖστον C δυνάμεως ἀνθρωπίνης ἀφίξονται. ἐγὼ δὲ ὑμῖν εὐμενὴς ἔσομαι Κυρῖνος." ταῦτα διά τε τὸν ὅρκον τοῦ λέγοντος καὶ τὸν τρόπον πιστὰ Ῥωμαίοις ἐδόκει τοσοῦτον ὡς μή τινα ἀντειπεῖν, πάσης δὲ ἀφεμένους ὑποψίας τε καὶ διαβολῆς εὔχεσθαι Κυρίνῳ καὶ θεοκλυτεῖν. ταύτην δὲ τὴν ἐπωνυμίαν φασὶ τῷ Ῥωμύλῳ γενέσθαι ἢ

2 ἀνηρπασμένον A Plutarchus, ἀνηρπαγμένον PW. 6 ἐτάραττον AC Plutarchus, ἐταράττοντο PW. 8 ἱππέων] Plutarchus πατρικίων. 11 ὡς] καὶ ὡς A. 15 ἡμᾶς μετ' ἀνθρώπων γενέσθαι χρόνον AB. 22 φησὶ A.

gregato quaesitum esse Romulum, sed potentes de eo quaeri vetuisse atque omnes hortatos esse ut eum ad deos raptum venerarentur et colerent, deum pro bono rege futurum.

Ac vulgus his verbis acquievit, spe bona praeditum: quidam autem suspectos habuere patres et exagitavere, ut qui vulgo inane commentum persuaderent, cum ipsi Romulum discerpsissent. atque ii negotium facessissent potentibus, nisi Proculus Iulius eques, et genere et moribus probatissimis ac Romulo fidus, pro contione iureiurando affirmasset, Romulum sibi augustiorem solito in armis splendidis atque fulgentibus apparuisse, seque illum percontatum esse, quamobrem senatum in atrocia crimina, civitatem in luctum coniecisset. eum vero respondisse, diis ita visum ut tantum temporis inter mortales esset, atque in caelum, unde venisset, reverteretur. abiret ac nuntiaret Romanis, si modestiam et rem militarem colerent, ad summum humanae potentiae fastigium adscensuros: se vero eis propitium fore Quirinum. haec dicenti tum ob iusiurandum tum ob auctoritatem viri tanta fides fuit, ut nemo refragaretur, omnique suspicione et calumnia amota Quirino vota facerent, numine eius invocato. hoc autem cognomentum Romulo factum tradunt vel ob

ὅτι τοὺς πολίτας Κυρίτας ὠνόμαζον, ἢ ὅτι τὴν αἰχμὴν ἢ τὸ δόρυ W II 9 *κυρῖνον ἐκάλουν οἱ παλαιοί· ὡς οὖν ἀρήϊόν τινα τὸν Ῥωμύλον ἢ αἰχμητὴν θεὸν ὀνομασθῆναι Κυρῖνον. λέγεται δὲ τέσσαρα μὲν* D *ἔτη καὶ πεντήκοντα βιῶναι, ὄγδοον δ' ἐπὶ τριακοστῷ βασιλεύων ἐνιαυτὸν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι.*

5. *Τούτων δὲ περὶ τὸν Ῥωμύλον συμβεβηκότων βασιλεύεσθαι μὲν ἐδόκει πᾶσιν, ἔρις δέ τις καὶ στάσις ἐφύετο τοῖς ἐν Ῥώμῃ οὐχ ὑπὲρ ἀνδρὸς μόνον ἡγεμονεύσοντος, ἀλλὰ καὶ πότερον τῶν γενῶν παρέξει τὸν ἄρξοντα. τοῖς τε γὰρ μετὰ Ῥωμύλου πρώτοις συνοικίσασι τὴν πόλιν οὐκ ἀνεκτὸν ἐδόκει, παρ' αὐτῶν προσληφθέντας τοὺς Σαβίνους εἰς πολιτείαν, ἄρχειν τῶν δεξαμένων βιάζεσθαι· οἱ Σαβῖνοι δὲ ἑτέρωθεν, ὅτι τοῦ Τατίου θανόντος μόνον εἴασαν τὸν Ῥωμύλον ἄρχειν, ἐξ ἑαυτῶν ἠξίουν αἱρε-* P I 321 *θῆναι τὸν ἄρξοντα.*

Ἤριζον μὲν οὖν οὕτω τὰ μέρη ἑκάτερα, μετεώρου δ' ἐπὶ τούτοις ὄντος τοῦ πολιτεύματος οἱ πατρίκιοι πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντες ἔταξαν ἕκαστον ἐν μέρει τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις κοσμούμενον θύειν τε τοῖς θεοῖς καὶ χρηματίζειν, ἓξ μὲν τῆς νυκτὸς ὥρας, ἓξ δὲ τῆς ἡμέρας. ἡ γὰρ διανομὴ τῶν καιρῶν

3 *κυρῖνον*] *κῦριν* Plutarchus ex emendatione Dacerii: nam libri *κυρῖνον*. 4 *ὄγδοον ἐπὶ τριακοστὸν* A. 8 *ἡγεμονεύσοντος* A, *ἡγεμονεύοντος* PW. 9 *ῥωμύλου* W, *Ῥωμύλον* P. 10 *συνοικήσασι* A. 12 *δ'* C. 14 *ἄρξοντα*] *βασιλεύοντα* C. 16 *πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν*] paulo supra *ducenti*, ex Plutarchi Romulo. 19 post *ἡμέρας* quae apud Plutarchum addita leguntur, *Κυρίνῳ* vel *Κυρίνῳ καὶ Τατίῳ*, ea delenda esse ex hoc loco patet.

Fontes. *Cap.* 5. *Plutarchi Numa, c.* 2—8 *et* 14—21.

cives qui Quirites appellabantur, vel ab hasta quam veteres quirim vocitarunt: Quirinum igitur Romulum appellatum esse ut bellicosum vel ut deum hastatum. fertur annos vixisse 54, et anno regni 38 e conspectu hominum sublatus esse.

5. Cum haec Romulo accidissent, regem quidem volebant omnes, sed Romanorum animos certamen et seditio versabat non de viro tantum qui principatu potiretur, sed etiam de gente, utra principem praeberet. nam et Romanis, primis urbis cum Romulo conditoribus, non ferendum videbatur ut Sabini, in civitatem adsciti, regnum sibi in eos, a quibus recepti essent, per vim vindicarent; et Sabini ex altera parte contendebant, quia Tatio mortuo Romulum regnare solum passi essent, sui corporis regem creandum esse.

Factionibus inter sese ita certantibus, cum civitas sine imperio, exercitus sine duce esset, patricii numero 150 inter se constituerunt ut singuli per vices regiis insignibus ornati et diis immolarent et iura dicerent, senis horis noctu et totidem interdiu. haec enim temporum distri-

κατὰ τὸ ἴσον ἑκάστου καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας καλῶς ἔχειν ἐδόκει καὶ πρὸς τοὺς ἀρχομένους αὐτούς· ἀφῄρει γὰρ τὸν φθόνον ἡ ταχίστη τῆς ἐξουσίας ἀπόθεσις, ὁρώντων τῶν ἀρχομένων τῆς αὐτῆς ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς τὸν αὐτὸν ἰδιώτην ἐκ βασιλέως γινόμενον. B οἶδα μὲν οὖν καὶ ἕτερά τινα περὶ τῆς τοιαύτης εἰρημένα ἀρχῆς, ἀλλ' αὐτὸς τῷ πιθανωτέρῳ ἐθέμην. τὸ δὲ σχῆμα τῆς ἀρχῆς τοῦτο μεσοβασιλεία τοῖς Ῥωμαίοις ὠνόμαστο.

Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐξ ὑπονοίας ἐφύοντο θόρυβοι, ὑποπτευομένων τῶν πατρικίων εἰς ὀλιγαρχίαν τὴν πολιτείαν περιιστᾶν καὶ μὴ βούλεσθαι βασιλεύεσθαι· ἐκ δὲ τούτου κατεστασίαζον. ὁμονοησάντων δὲ πάντων αἱρεθῆναι τὸν βασιλεύσοντα, οἱ Σαβῖνοι τοῖς Ῥωμαίοις προτέροις τὴν αἵρεσιν ἔδοσαν· οἱ δ' ἐκ Σαβίνων εἵλοντο Νομᾶν Πομπίλιον, ἄνδρα γνώριμον ὄντα πᾶσι δι' ἀρετήν. στέλλονται γοῦν πρὸς ἐκεῖνον ἐκ Ῥώμης πρέσβεις· οὐ γὰρ ἐν τῇ C Ῥώμῃ μετῴκιστο, ἀλλ' ἐν Σαβίνοις ἦν καὶ πόλιν ᾤκει τὴν Κυριτῶν, πατρὸς ὢν Πομπωνίου ἀνδρὸς εὐδοκίμου, πᾶσαν ἀρετὴν φύσει τε καὶ παιδείᾳ ἐξησκημένος. ὅθεν καὶ ὄνομα μέγα καὶ δόξαν εἶχεν, ὡς καὶ Τάτιον τὸν τῷ Ῥωμύλῳ συμβασιλεύσαντα κηδεστὴν αὐτὸν ἐπὶ Τατίᾳ θέσθαι τῇ θυγατρί, ἣν μίαν ἐκεῖνος ἐγείνατο· ἣ δέκα ἐπὶ τρισὶν ἐνιαυτοὺς τῷ Νομᾷ συνοικήσασα μετήλλαξε τὴν ζωήν. ὁ δὲ Νομᾶς ἐκλείπων τὰς ἐν ἄστει διατριβάς, ἀγραυλεῖν τὰ πολλὰ καὶ διατρίβειν ἤθελεν ἐν λειμῶσι καὶ ἄλσεσιν.

1 κατὰ] καὶ A. 5 οἶδα — 6 ἐθέμην Plutarchi verbis addita. 7 τοῖς om AB. 11 βασιλεύοντα A. 13 ὄντα ἄνδρα γνώρ. A. 15 τὴν AC, τῶν PW. 17 καὶ *tertium* om B. 21 ἐκλιπὼν Plutarchus.

butio propter aequabilitatem et ipsis magistratibus et populo commoda videbatur; et celerrimus magistratu abitus invidiae minimum habebat, cum subditi eundem eodem die eademque nocte et regem et privatum cernerent. haud nos praeterit, de hac imperii forma, quae interregnum Romanis dicebatur, alia quoque iactata esse: ego vero ea sum secutus quae mihi probabiliora videbantur.

Nihilominus tamen res invidia turbatae sunt, cum patricios paucorum arbitrio rem publicam subiicere, unius regnum aspernari suspicarentur. sed tumultu sedato cum omnes regem creandum esse consensissent, ac Sabini eius eligendi potestatem Romanis detulissent, Numam Pompilium, cuius inclita virtus apud omnes erat, electum per legatos arcessiverunt. neque enim Romam transmigraverat, sed Curibus Sabinis habitabat, patre natus Pomponio probato viro, omni genere virtutis et natura et disciplina excultus. unde tantum nomen et gloriam consecutus fuit, ut Tatius Romuli regis collega Tatiam ei filiam unicam desponderet: quae cum ei annos 13 nupta fuisset, vitam cum morte commutavit. Numa vero relicta urbana vita ruri plerumque in pratis et lucis degere malebat.

D Ἦκον οὖν ἀπὸ Ῥώμης οἱ πρέσβεις καλοῦντες ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτὸν ἤδη τεσσαρακοστὸν ἔτος ἀνύοντα· ὁ δὲ ἀπείπατο. οἱ πρέσβεις δ' ἐνέκειντο, πάντα τρόπον πείσειν αὐτὸν μηχανώμενοι, καὶ δεόμενοι μὴ τὴν πόλιν αὖθις εἰς στάσιν ἐμβαλεῖν καὶ ἐμφύλιον πόλεμον, οὐκ ὄντος ἑτέρου πρὸς ὃν ἄμφω τὰ μέρη συννεύσουσιν. ἰδίᾳ μέντοι καὶ ὁ πατὴρ παρεκίνει τὸν Νομᾶν δέξασθαι τὴν ἀρχὴν ὡς θεῖον δῶρον καὶ ὑπηρεσίαν θεοῦ καὶ πράξεων καλῶν καὶ μεγάλων ἀνδρὶ φρονίμῳ τε καὶ χρηστῷ ἐσομένην αἰτίαν, σύνδεσμόν τε τῇ πατρίδι καὶ παντὶ τῷ Σαβίνων ἔθνει εὐνοίας τε καὶ φιλίας πρὸς πόλιν δυνατὴν καὶ ἀκμάζουσαν.

P I 322 Τούτοις ἐνδεδωκὼς ὁ Νομᾶς θύσας τοῖς θεοῖς προῆγεν εἰς Ῥώμην· ὑπήντα δὲ ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος εὐφημοῦντες καὶ χαίροντες. ἐπεὶ δὲ κατέστησαν εἰς τὴν ἀγοράν, προσφερομένων αὐτῷ τῶν βασιλικῶν παρασήμων, ἐπισχεῖν κελεύσας ἔφη δεῖσθαι καὶ θεοῦ τὴν βασιλείαν ἐμπεδοῦντος αὐτῷ. ἄνεισιν οὖν εἰς τὸ Καπιτώλιον, καὶ θύσας, οὕτω τε τὴν βασιλικὴν ἀναλαβὼν ἐσθῆτα, κατέβαινε.

W II 10 Παραλαβὼν δὲ τὴν ἀρχὴν πρῶτον μὲν τὸ τῶν τριακοσίων διέλυσε σύστημα, οὓς περὶ τὸ σῶμα εἶχε Ῥωμύλος ἀεί· οὐ γὰρ δεῖν ἀπιστεῖν πιστεύουσιν ἔλεγεν, οὐδὲ βασιλεύειν ἀπιστούντων
B ἠξίου· εἶτα τὴν πόλιν ἐκ σκληρᾶς καὶ πολεμικῆς ἐπεχείρει μαλακωτέραν ποιῆσαι καὶ εἰρηνικωτέραν. ἀνθρωποειδῆ τε καὶ ζωό-

15 θεοῦ ABC Plutarchus, τοῦ Θεοῦ PW. 16 τε AC, δὲ PW. 19 ῥωμύλος εἶχεν A.

Cum Roma legati ad eum venissent, 40 aetatis annum agentem, regnum quod offerebant recusavit. sed illi instabant et nihil non ad persuadendum adhibebant, orantes ne civitatem denuo in seditionem et bellum intestinum coniiceret: neque enim esse alium in quem ambae partes consentirent. pater quoque seorsim Numam hortatus est ut principatum acciperet tanquam divinum donum et numinis obsequium, quique viro bono et prudenti honestas magnasque res gerendi occasionem praeberet, et vinculum futurus esset quo patria et omnis Sabinorum natio benevolentia et amicitia cum urbe potenti et florente iungerentur.

His Numae victo et re divina peracta Romam proficiscenti senatus populusque Romanus cum laetis acclamationibus obviam egrediuntur. cum in forum deducto insignia regni afferrentur, differri ac de se regni firmandi causa deum consuli iussit: re divina in Capitolio peracta, indutaque veste regia, descendit.

Principatu suscepto, primum trecentos illos quos Romulus ad custodiam corporis semper habuerat amovit: nec enim decere iis diffidere qui ipsi fiderent, neque diffidentibus imperandum esse. deinde urbem e dura et bellicosa mitiorem et pacis amantiorem reddere aggressus est.

μορφον εἰκόνα θεοῦ ἀνιστᾶν Ῥωμαίοις ἀπείρηκεν· ὅθεν οὐδ᾽ ἦν παρ᾽ αὐτοῖς οὔτε γραπτὸν οὔτε πλαστὸν εἶδος θεοῦ, ἐν ἑκατὸν δὲ πρὸς ἑβδομήκοντα ἔτεσι ναῶν αὐτοῖς ἀνεγειρομένων οὐδὲν ἔμμορφον ἐποίουν ἀφίδρυμα, ὡς οὔτε ὅσιον ἀφομοιοῦν τοῖς χείροσι τὰ βελτίονα, οὔτε ἐφάπτεσθαι ἄλλως θεοῦ δυνατὸν ἢ νοήσει. καὶ τὰς θυσίας δὲ ἀναιμάκτους ποιεῖσθαι ἐθέσπισε δι᾽ ἀλφίτων τε καὶ σπονδῆς· δεῖν γὰρ τοὺς θεούς, εἰρήνης καὶ δικαιοσύνης φύλακας ὄντας, φόνου καθαροὺς εἶναι· μήτε δὲ ἀκούειν τι τῶν C θείων μήτε ὁρᾶν ἐν παρέργῳ καὶ ἀμελῶς, ἀλλὰ σχολὴν ἄγοντας ἀπὸ τῶν ἄλλων καὶ προσέχοντας τὴν διάνοιαν ὡς πράξει μεγίστῃ τῇ περὶ τὴν εὐσέβειαν. ἐκ δὲ τούτων καὶ ἄλλων πλειόνων, ἃ διὰ τὸ πλῆθος παρήκαμεν, διάθεσιν πρὸς τὸ θεῖον τοῖς τότε ἀνθρώποις ἐξ ἐθισμοῦ ὁ Νομᾶς ἐνεποίησεν. αὐτὸν δὲ οὕτω φασὶν εἰς τὸ θεῖον ἀνηρτῆσθαι ταῖς ἐλπίσιν, ὥστε προσαγγελίας αὐτῷ θύοντί ποτε γινομένης ὡς ἐπέρχονται πολέμιοι, μειδιάσαι καὶ εἰπεῖν "ἐγὼ δὲ θύω." καὶ τὴν χώραν δὲ ἣν αἰχμῇ Ῥωμύλος ἐκτήσατο διένειμεν οὗτος τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν, ἀφαιρῶν ἐξ D αὐτῶν τὴν ἀπορίαν, ὡς ἀνάγκην τῆς ἀδικίας ποιητικήν, καὶ τρέπων εἰς γεωργίαν, ὡς ταύτης ἐξημερούσης τὸν δῆμον καὶ δριμὺν εἰρήνης δυναμένης ἐμποιεῖν ἔρωτα.

Λέγεται δὲ καὶ τὸν Ἰανουάριον καὶ τὸν Φεβρουάριον παρ᾽ αὐτοῦ τοῖς μησὶ προστεθῆναι, δωδεκάμηνον κατὰ τὸν τῆς σελήνης δρόμον νομοθετήσαντος λογίζεσθαι τὸν ἐνιαυτόν, δεκάμηνον

13 δὲ] γὰρ A. 15 γινομένης A, γενομένης PW Plutarchus. 17 οὗτος om C. 21 Ἰαννουάριον PW. φευρουάριον B.

edixitque ne imaginem dei vel humana vel alterius animantis forma erigerent. itaque annis 170, quamvis templa conderent, nullum tamen in iis neque pictum neque fictum simulacrum collocarunt: quod nefas esset praestantiores deterioribus similes facere, neque deus aliter nisi mente comprehendi posset. victimas incruentas farris et libationis civibus suis edixit: deos enim pacis et iustitiae custodes a caede puros esse oportere. neque divini quicquam obiter et negligenter audiendum aut videndum praecepit, sed otium agendum a caeteris rebus, et religioni ut rei maximae animos intendendos. his rationibus et aliis pluribus, quas ob multitudinem praetermisimus, civium suorum animos ad pietatem assuefecit. ipse autem spem suam ita in deo collocasse fertur, ut cum ei aliquando sacrificanti hostium adventus nuntiaretur, subridens dixerit "ego vero sacrifico." agrum a Romulo bello partum inter inopes cives distribuit, ut inopiam scelerum parentem tolleret, et agricultura ferum populum domaret, quae acrem pacis amorem in animis excitare posset.

Feruntur ab eo Ianuarius et Februarius reliquis mensibus adiecti esse, et annus ad cursum lunae in 12 menses descriptus, cum 10 ante

πρόσθεν ὄντα, ὡς ἐνίοις τῶν βαρβάρων τρίμηνον, καὶ τῶν Ἑλλήνων Ἀρκάσι μὲν τετράμηνον, τοῖς δὲ Ἀκαρνᾶσιν ἑξάμηνον. Αἰγυπτίοις δὲ μηνιαῖος ἦν ὁ ἐνιαυτός, εἶτα τετράμηνος· διὸ καὶ ἀρχαιότατοι δοκοῦσιν εἶναι, καίτοι μὴ ὄντες, πλῆθος ἀμήχανον P I 323 *ἐτῶν ἐπὶ ταῖς γενεαλογίαις εἰσάγοντες, ἅτε δὴ τοὺς μῆνας εἰς ἐτῶν τιθέμενοι ἀριθμόν. καὶ τὸν Ἰανουάριον δὲ Νομᾶς εἰς ἀρχὴν τοῦ ἔτους ἀπένειμεν.*

ad Cleopatram abiit. ob quam a civibus pessime audiebat, quod et liberos ex ea suscepisset et multas ei provincias donasset. cuius amoribus et praestigiis ita irretitus fuit, ut Octaviam uxorem Roma ad se venientem in conspectum suum non admissam domum redire iuberet.

27. Caesar vero cum propter hiemem in Sicilia diutius moratus quasdam Romanae dicionis gentes per absentiam suam defecisse cognovisset, reversus contra illas se paravit, atque alias per se alias per alios ad officium reduxit et subegit. deinde contra Pannonios est profectus. hi iuxta Dalmatiam ad ipsum Istrum incolentes a Norico usque ad Europaeam Mysiam [Moesiam] pertinent, homines asperae vitae, ut qui nec terram fertilem nec aërem clementem habeant, non vinum non oleum colant, sed hordeo et milio tam in potu quam cibo utantur. habentur tamen bellicosissimi. a Graecis nonnullis ignoratione veri Paeones appellantur. Paeones enim ad Rhodopen et ipsam Macedoniam habitant: hos autem tum alii tum ipsi sese Pannonios appellant. quos Caesar crebris praeliis tandem ad deditionem compulit.

Ἀντώνιος δὲ τὸν Ἀρμένιον τιμωρήσασθαι μηχανώμενος οὐκ ἐνέλιπε πάντα λίθον κινῶν, τὸ τῆς παροιμίας, ἕως αὐτὸν ὑπηγάγετο εἰς τὸ στρατόπεδον εἰσελθεῖν. εἰσελθόντα δὲ κατέσχε καὶ ἐν ἀδέσμῳ εἶχε φρουρᾷ, καὶ περιῆγεν αὐτὸν κατὰ τὰ φρούρια ἔνθα ἐκείνῳ οἱ θησαυροὶ ἐναπέκειντο, σπεύδων αὐτοὺς λαβεῖν. ὡς δ' οὐδὲν ἤνυεν (οἱ γὰρ Ἀρμένιοι τῶν παίδων αὐτοῦ τὸν πρεσβύτατον
D *τὸν Ἀρτάξην βασιλέα ἀνθείλοντο), ἔδησεν αὐτὸν ἁλύσεσιν ἀργυ-*
W II 155 *ραῖς, οἱονεὶ τιμὴν αὐτῷ ταύτην νέμων ὡς βασιλεῖ· καὶ πᾶσαν τὴν Ἀρμενίαν κατέσχε, τοῦ Ἀρτάξου πρὸς τοὺς Πάρθους ἀποχωρήσαντος, ἐπείπερ ἡττᾶτο μαχόμενος.*

Ἀντώνιος δὲ τὰ μὲν στρατεύματα εἰς Ἀρμενίαν κατέλιπεν, αὐτὸς δ' ἀνεκομίσθη πρὸς Αἴγυπτον, μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παίδων ἄγων ἐκεῖ τὸν Ἀρμένιον· καὶ τήν τε λείαν τῇ Κλεοπάτρᾳ ἐχαρίσατο, καὶ τὸν Ἀρμένιον μετὰ τῶν οἰκείων περιβαλὼν χρυσέοις δεσμοῖς ἐκείνῃ προσήγαγεν. οἱ δὲ οὔθ' ἱκέτευσαν αὐτὴν οὔτε μὴν προσεκύνησαν, ἀλλ' ὀνομαστὶ προσηγόρευσαν.

Μετὰ δὲ τοῦτο τὴν Κλεοπάτραν Ἀντώνιος βασιλίδα βασι-
P I 522 *λέων καλεῖσθαι ἐκέλευσε, καὶ τοῦ προτέρου Καίσαρος αὐτὴν μὲν γυναῖκα ὠνόμαζε, τὸν δὲ υἱὸν αὐτῆς παῖδα ἐκείνου ὡς ἀληθῶς, ἵνα τὸν Καίσαρα τὸν Ὀκτάβιον ὡς ποιητὸν ἐκείνου παῖδα καὶ μὴ γνήσιον διαβάλῃ, καὶ χώρας αὐτοῖς ἔνειμε. τοῖς δ' οἰκείοις παισὶ τοῖς ἐκ τῆς Κλεοπάτρας, κεκλημένοις Πτολεμαίῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ,*

2 ἐνέλιπε] ἐνέμεινε C. 7 βασιλέα ἀνθείλοντο τὸν ἀρτάξην A. ἀργυραῖς] σιδηραῖς ἢ ἀληθέστερον ἀργυραῖς alter Wolfii codex Fuggeranus: Dio ἔδησεν αὐτὸν ἀργυραῖς ἁλύσεσιν· αἰσχρὸν γὰρ ὡς ἔοικεν ἦν βασιλέα αὐτὸν γεγονότα σιδηραῖς δεθῆναι. cf. pag. 569 D. 14 μετὰ τῶν οἰκείων om C. 17 δὲ add AB.

Antonius vero Armenii ulciscendi cupidus omnem lapidem, ut proverbio dicitur, movit, donec in castra pellectum comprehendit. et in libera custodia ad ea castella circumduxit ubi thesauri eius repositi erant, quibus potiri studebat. sed cum nihil proficeret (nam Armenii filium eius natu maximum Artaxem regem eius loco fecerant), eum compedibus argenteis regii honoris causa vinxit; ac totam Armeniam subegit. Artaxes vero acie victus ad Parthos confugit.

Antonius legionibus in Armenia relictis ipse in Aegyptum reversus est, Armenium cum uxore et liberis eo abducens; praedaque donata Cleopatrae, Armenium cum suis, aureis catenis vinctum, ad eam adduxit. illi vero nec supplices mulieri facti sunt neque eam adorarunt, sed suo nomine compellarunt.

Post haec Cleopatram Antonius reginam regum appellari iussit; et prioris Caesaris uxorem, filium ipsius germanum Caesaris filium nominavit, ut Caesarem tanquam adoptivum et alienum criminaretur; eisque provincias assignavit. suis vero ex Cleopatra filiis Ptolemaeo et Alexandro multa

ἑτέρας πολλὰς προσκεκλήρωκε. τοιαῦτα δὲ πράττων ἐπέστελλε τῇ βουλῇ ὅτι τῆς ἀρχῆς τε παύσεται καὶ τὰ πράγματα ἐπ' αὐτῇ καὶ τῷ δήμῳ ποιήσεται, οὐχ οὕτω φρονῶν, ἀλλ' ὅπως ταῖς παρ' αὐτοῦ ἐλπίσιν ἢ ἀναγκάσωσι παρόντα τὸν Καίσαρα καταθέσθαι τὰ ὅπλα, ἢ μισήσωσιν ἀπειθήσαντα.

Ἄχρι δὲ τοῦ Ἀράξου ἐλθών, ὡς ἐπὶ τοὺς Πάρθους στρατεύων, ἠρκέσθη τῇ πρὸς τὸν Μῆδον ὁμολογίᾳ. B συμμαχήσειν γὰρ ἀλλήλοις συνέθεντο, ὁ μὲν κατὰ τῶν Πάρθων, ὁ δέ γε κατὰ τοῦ Καίσαρος, καὶ στρατιώτας ἀλλήλοις ἀντέδοσαν. καὶ ὁ μὲν Μῆδος τῆς Ἀρμενίας τῆς νεοκτήτου ἐξ Ἀντωνίου εἰλήφει τινά, Ἀντώνιος δὲ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ἰωτάπην, ὡς τῷ Ἀλεξάνδρῳ τῷ υἱῷ αὐτοῦ συνοικήσουσαν. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐς τὴν Ἰωνίαν καὶ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπὶ τῷ πολέμῳ τοῦ Καίσαρος ὥρμησεν. ὁ δέ γε Μῆδος συμμαχούμενος τοῖς Ῥωμαίοις, ἐπελθόντας αὐτῷ τοὺς Πάρθους καὶ τὸν Ἀρτάξην ἐνίκησε. τοῦ δ' Ἀντωνίου τοὺς οἰκείους στρατιώτας μετακαλεσαμένου, τοὺς δ' ἐκείνου κατεσχηκότος, ἀνθ- C ήττητο καὶ ἑάλω. καὶ οὕτως ἡ Ἀρμενία μετὰ τῆς Μηδίας ἀπώλετο.

Οἱ μέντοι Ῥωμαῖοι τὴν μὲν δημοκρατίαν ἀφῄρηντο, οὐ μὴν καὶ εἰς φανερὰν μοναρχίαν κατώλισθον, ἕως ὅ τε Σέξτος ἀπώλετο καὶ τὰ ἐπαναστάντα ἔθνη δεδούλωτο, καὶ ὁ Πάρθος οὐδὲν παρεκίνει. τότε γὰρ φανερῶς ἐπ' ἀλλήλους ὁ Ἀντώνιος καὶ ὁ Καῖσαρ ἐτράποντο, καὶ ὁ δῆμος ἀκριβῶς ἐδουλώθη. αἰτίαι δὲ τοῦ πολέ-

6 ἀρτάξου CW. 9 Μῆδος] δῆμος B. 10 ἐξ Ἀντωνίου om B Dio.

regna attribuit. quae dum agit, ad senatum scripsit se imperio abiturum et summam rerum ipsi et populo restituturum: non quod ita sentiret, sed ut ea spe Caesarem vel ab armis discedere cogerent vel non obtemperantem odissent.

Usque ad Araxem progressus, ut Parthos oppugnaturus, pactis cum Medo factis acquievit. ita enim convenerat ut Medus Antonio contra Caesarem, Antonius Medo contra Parthos praesto esset: et milites inter se commutarunt. ac Medus Armeniae recens partae nonnulla accepit, Antonius Iotapen Medi filiam, quam Alexandro filio desponderet. post haec in Ioniam et Graeciam ad Caesarianum bellum est profectus. Medus Romanorum auxiliis munitus Parthos et Artaxen arma inferentes vicit. sed cum Antonius suos milites revocasset, illius vero retinuisset, vicissim victus et captus est. sic et Armenia et Media perierunt.

Romani vero etsi libertatem amiserant, non tamen apertae monarchiae subiecti sunt prius quam Sexto interfecto et seditiosis gentibus subactis a Partho quoque otium fuit. tum vero Antonio et Caesare manifeste inter se bellum gerentibus populus haud dubia servitute est

μου αἵδε σφίσιν ἐσκήπτοντο. Ἀντώνιος μὲν Καίσαρι ἐνεκάλει ὅτι τὴν τοῦ Λεπίδου χώραν καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν τοῦ Σέξτου
D ἐσφετερίσατο, καὶ τούτων ἀπῄτει τὰ ἡμίση καὶ τῶν στρατιωτῶν οὓς ἐκ τῆς ἀνηκούσης αὐτῷ Ἰταλίας ἐστράτευσεν· ὁ δὲ Καῖσαρ ἐκείνῳ ὅτι τὴν Αἴγυπτον καὶ ἄλλα μὴ λαχὼν εἶχε, καὶ ὅτι τὸν Σέξτον ἀπέκτεινεν (αὐτὸς γὰρ ἑκὼν ἐκείνου φείσασθαι ἔλεγε), καὶ ὅτι τὸν Ἀρμένιον ἀπάτῃ συνειληφὼς ἔδησε κἀκ τούτου Ῥωμαίοις κακοδοξίαν προσέτριψε, καὶ τὰ ἡμίση τῶν λαφύρων καὶ αὐτὸς ἀπῄτει, καὶ τὴν Κλεοπάτραν αὐτῷ καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐξ αὐτῆς καὶ τὰ δωρηθέντα σφίσι πρὸς πάντας ἐπέφερεν, ἐν τοῖς μάλιστα δ' ᾐτιᾶτο ὅτι τὸν Καισαρίωνα ἐς τὸ γένος εἰσῆγε τοῦ Καίσαρος.

P I 523 28. Ταῦτ' οὖν ἐπενεκάλουν ἀλλήλοις. καὶ τέως οὐκ ἀναφανδὸν κατ' ἀλλήλων ὡπλίζοντο, ἕως Δομίτιος Γναῖος καὶ Σόσσιος Γάϊος, τῆς τοῦ Ἀντωνίου μερίδος ὄντες, ὑπάτευσαν. τότε δὲ προδήλως ἐπολεμώθησαν. ὁ γὰρ Σόσσιος πολλὰ μὲν ἐν τῇ νουμηνίᾳ ἐπῄνεσε τὸν Ἀντώνιον, πολλὰ δὲ κατεῖπε τοῦ Καίσαρος. καὶ τότε μὲν ὁ Καῖσαρ τῆς πόλεως ἐξεχώρησεν, αἰτίαν ἄλλην πλασάμενος· μετὰ ταῦτα δ' ἐπανελθών, καὶ φρουρὰν ἑαυτῷ περιστήσας στρατιωτῶν, μέτρια μὲν ὑπὲρ ἑαυτοῦ διειλέχθη, τοῦ
B δὲ Ἀντωνίου καὶ τοῦ Σοσσίου πολλὰ κατηγόρησε, καὶ ἀδικοῦντα
W II 156 τὸν Ἀντώνιον διὰ γραμμάτων ἐξελέγχειν ὑπέσχετο. οἱ οὖν ὕπατοι

18 ἐξεχώρησεν om C. 19 μετὰ δὲ ταῦτα A. 20 μὲν om C.

Fontes. *Cap.* 28. *Dionis Historiae Romanae lib.* 50 *c.* 2 — *c.* 11. *addita sunt* Τούτῳ μὲν *p.* 394 *v.* 7 — ἐσθῆτι βαρβαρικῇ *v.* 11.

oppressus. belli autem causae hae praetendebantur. Antonius Caesarem accusabat quod Lepidi et Sexti provincias et copias sibi vindicasset, earumque semissem postulabat, nec non eorum militum quos ex Italia ad illum pertinente in exercitu haberet: Caesar illum vicissim quod Aegyptum privata auctoritate sibi vindicasset et Sextum occidisset, cui ipse ultro pepercisset, et quod Armenio per fraudem capto et vincto nomini Romano ignominiae maculam adspersisset; ac manubiarum semissem et ipse postulavit. Cleopatram vero et susceptos ex ea liberos et donationes eis factas ante omnia ei obiiciebat. illud tamen in primis querebatur quod Caesarionem in familiam Caesaris induceret.

28. Dum ad hunc modum invicem expostulant, arma dissimulanter parabant, donec Cn. Domitius et C. Sossius Antonianae factionis consules sunt designati. tum vero aperte hostes facti sunt. cum enim Sossius Kalendis multa in Antonii laudem cum Caesaris criminatione disseruisset, Caesar per aliam causam urbe excessit. deinde reversus, praesidio militum adhibito, modeste de se ipso locutus Sossium et Antonium acriter accusavit, seque Antonium litteris prolatis iniuriarum

μήτ᾽ ἀντειπεῖν θαρροῦντες μήτε σιωπᾶν ὑπομένοντες, τῆς πόλεως ἐκχωρήσαντες ἀπῆλθον πρὸς τὸν Ἀντώνιον, καὶ τῶν ἄλλων βουλευτῶν οὐκ ὀλίγοι αὐτοῖς συναπεληλύθασιν· καὶ αὖθις ἕτεροι τὸν Ἀντώνιον λιπόντες τῷ Καίσαρι προσεχώρησαν, ὅτι τήν τε τῆς Ὀκταβίας συνοίκησιν ἀπείπατο καὶ ὅτι τῇ Κλεοπάτρᾳ ἤχθοντο. ἐξ ὧν μαθὼν ὁ Καῖσαρ τά τε ἄλλα τοῦ Ἀντωνίου καὶ τὰς διαθήκας αὐτοῦ καὶ παρὰ τίνι ἐτύγχανον, ἔλαβέ τε αὐτὰς καὶ δημοσίᾳ ἀνέγνω, πρᾶγμα ποιήσας παρανομώτατον. τοσαύτην δὲ διὰ τὰ γεγραμμένα ὀργὴν καὶ οἱ πάνυ ἐκείνῳ προσκείμενοι ἐνεδείξαντο, C ὥστε τήν τε ὑπατείαν καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἐξουσίαν ἀφείλοντο, καὶ τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ ἄδειαν καὶ ἐπαίνους, ἐὰν ἐγκαταλίπωσιν αὐτόν, ἐψηφίσαντο· καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ πόλεμον ἐπήγγειλαν ἄντικρυς, ὃς μᾶλλον πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἔτεινεν· ᾔδεσαν γὰρ αὐτὸν ὑπὲρ ἐκείνης πάντα ὑποίσοντα. οὕτω γὰρ αὐτὸν ἐδουλώσατο ὥστε βασιλίς τε καὶ δέσποινα ὑπ᾽ ἐκείνου καλεῖσθαι, στρατιώτας τέ Ῥωμαίους ἐν τῷ δορυφορικῷ αὐτῆς ἔχειν, καὶ ταῖς ἀσπίσι πάντων τὸ ὄνομα αὐτῆς ἐπιγράφεσθαι. καὶ εἰς τὴν ἀγορὰν δὲ μετ᾽ αὐτοῦ εἰσεφοίτα καὶ τὰς πανηγύρεις συνδιετίθετο τάς τε δίκας συνεξήταζε, καὶ συνίππευε, καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐκείνη μὲν ἐν δίφρῳ D ἐφέρετο, ὁ δ᾽ Ἀντώνιος πεζῇ μετὰ τῶν εὐνούχων αὐτῆς ἠκολούθει· συνεγράφετό τε αὐτῇ καὶ συνεπλάττετο, αὐτὸς Ὄσιρις καὶ Διόνυσος λεγόμενος, ἐκείνη δὲ Σελήνη καὶ Ἶσις. ὅθεν ἔκφρων

10 καὶ om C. τὴν add AB. 11 ἐπαίνους om C. 12 ἀπήγγειλαν C. 13 ἤδεισαν A. ἤδεσαν — 14 ὑποίσοντα om C. 17 δὲ om C. 18 τε δίκας A Dio, δίκας τε PW. δίκας] διαθήκας C. συνεξέταζε C. 21 συνεγράφετό] καὶ συνεγράφετό B.

convicturum esse affirmavit. consules igitur, qui nec contradicere auderent et tacere non possent, urbe relicta non paucis senatoribus comitantibus ad Antonium se contulerunt. ac vicissim alii Antonio relicto ad Caesarem abierunt, infensi ob Octaviam repudiatam et Cleopatrae odio. e quibus Caesar cum aliis Antonii arcanis cognitis tum quale et ubi testamentum eius esset, id acceptum publice recitavit, facinus iniquissimum ausus; eaque recitatione etiam addictissimos Antonio sic commovit ut et consulatum et omnem potestatem ei adimerent, et eius familiaribus impunitatem et laudationes decernerent si illum reliquissent, et Cleopatrae bellum aperte indicerent: quod ad Antonium potius spectabat, quem propter illam nihil non subiturum norant. cui ita serviebat, ut eam et reginam et dominam appellaret, et milites Romanos in custodia habere pateretur, quorum clipeis Cleopatrae nomen inscriptum erat. praeterea mulier una cum eo forum ingrediebatur, ludos una curabat, ius una dicebat, una equitabat. in urbibus lectica ferebatur: ipse pedes cum eunuchis sequebatur. una et pingebatur et fingebatur: atque ipse quidem Bacchus et Osiris, illa Isis et Luna vocabatur. quam

ὑπ' αὐτῆς ἐκ μαγγανείας ἔδοξε γεγονέναι. καὶ οὐκ ἐκεῖνον μόνον ἀλλὰ καὶ τοὺς παρ' αὐτῷ δυναμένους καὶ ἐγοήτευσε καὶ κατέδησεν, ὡς ἐλπίσαι καὶ τῶν Ῥωμαίων ἄρξειν, εὐχήν τε ποιεῖσθαι μεγίστην καὶ ὅρκον τὸ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ δικάσαι. ὁ δὲ Ἀντώνιος ἀκινάκην τε ἐνίοτε παρεζώννυτο καὶ ἐσθῆτι ἐχρῆτο παρὰ τὰ πάτρια.

Τούτῳ μὲν οὖν ὑπάτῳ ὄντι καὶ στρατηγῷ Ῥωμαίων εἰς
P I 524 αἰτίαμα ἐλογίσθη ἡ ἔξω τῶν πατρίων στολή, τοὺς δὲ νῦν βασιλεῖς Ῥωμαίων πῶς ἄν τις ἐξαιρήσαιτο μώμων καὶ αἰτιάσεως, μεταμφιεννυμένους παρὰ τὰ πάτρια, καὶ οὐκ ἐνίοτε ἀεὶ δὲ κεχρημένους ἐσθῆτι βαρβαρικῇ;

Οὕτω μὲν οὖν τῷ τε Καίσαρι καὶ τῷ Ἀντωνίῳ συνηνέχθη τὰ πράγματα· οἱ δὲ παρεσκευάζοντο πρὸς τὸν πόλεμον, ἕκαστος πολλοὺς συμμάχους προσειληφώς. καὶ πολλὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐθρυλλεῖτο, πολλὰ δὲ καὶ σημεῖα γεγόνασι. πίθηκός τε γὰρ ἐς τὸ Δημήτριον ἐν ἱερουργίᾳ τινὶ εἰσελθὼν πάντα τὰ ἔνδον συνέχεε, καὶ παῖδες ἐν τῇ Ῥώμῃ πολλοὶ ἀθροισθέντες κελεύσαντος μηδενὸς συνέμιξαν ἀλλήλοις, οἱ μὲν ὡς Καισάρειοι οἱ δὲ ὡς τοῦ
B Ἀντωνίου μαχόμενοι, καὶ ἡττήθησαν οἱ τὸ τοῦ Ἀντωνίου ὄνομα φέροντες· εἰκών τε αὐτοῦ λιθίνη αἷμα ἀνῆκε, καὶ πῦρ τό τε Δημήτριον καὶ ναὸν ἕτερον Ἐλπίδος διέφθειρε, καὶ ἄλλα τοιαῦτα συμβέβηκεν. οὐδὲν δὲ τούτων αὐτοὺς ἐφόβησεν, ἀλλ' ὁ μὲν Ἀντώνιος ὥρμησεν ὡς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἀδοκήτως αὐτοῖς τὸν πόλεμον

2 καὶ ἐγοήτευσε ABC Dio, κατεγοήτευσε PW. 7 οὖν om C. 8 αἰτίαμα AB, αἰτίωμα PW. δὲ νῦν βασιλεῖς] δέ γε ἄρχοντας A. 18 καισάρειοι BCW, καισαρίειοι A, Καισάρεοι P. 23 ὡς om C.

ob rem artibus illius mente captus putabatur. neque vero eum solum sed et proceres eius quasi quadam incantatione ita constrinxerat, ut Romanis se imperaturam esse speraret, et in Capitolio ius dicere votum et iusiurandum maximum duceret. Antonius vero aliquando acinacem accingebat et peregrina veste utebatur.

Quod si illi Romanorum consuli et duci crimini dabatur peregrina vestis, nostri temporis imperatores quis reprehensione eximat, qui a patrio vestitu recedunt, et non interdum sed subinde barbarica veste utuntur?

Hoc rerum statu Caesar et Antonius ad bellum se parabant, uterque multis sociis munitus. ac multa vulgo iactabantur, et signa fiebant. nam in sacrificio quodam simius fanum Cereris ingressus conturbavit omnia. multi pueri Romae congregati et in factionem Antonianam et Caesarianam divisi nemine iubente inter sese decertarunt; et qui Antonii nomen praeferebant, victi sunt. eiusdem statua marmorea sanguine manavit. ignis fanum Cereris et Spei absumpsit. acciderunt et alia huius generis. quorum nihil eos terruit. Antonius enim festinavit ut eos inopinantes

ποιησόμενος, ἐλθὼν δὲ εἰς Κέρκυραν κἀκεῖθεν εἰς τὴν Πελοπόννησον ἀναπλεύσας αὐτὸς μὲν ἐν Πάτραις παρεχείμασε, τοὺς δὲ στρατιώτας πανταχόσε διέπεμψεν· ὁ δὲ Καῖσαρ ἀνήχθη μὲν ἐκ τοῦ Βρεντεσίου, χειμῶνι δὲ περιπεσὼν καὶ πονηθεὶς ἀνεχώρησεν.

29. Ἠργμένου δὲ ἔαρος ὁ μὲν Ἀντώνιος οὐδαμῇ ἐκινήθη· σύμμικτοι γὰρ ἐκ πολλῶν ἐθνῶν ὄντες οἱ τριηρῖται αὐτοῦ καὶ
πόρρω χειμάζοντες ἀπ' αὐτοῦ οὔτ' ἐγυμνάζοντο καὶ νόσῳ καὶ C
αὐτομολίαις ἠλάττωντο, καὶ ὁ Ἀγρίππας τὴν Μεθώνην ἐξ ἐφόδου κατασχὼν καὶ τὰς κατάρσεις τῶν ὁλκάδων ἐπιτηρῶν καὶ ἀποβάσεις ἄλλοτε ἄλλῃ τῆς Ἑλλάδος ποιούμενος ἰσχυρῶς αὐτὸν ἐθορύβει· ὁ δὲ Καῖσαρ πάντας μὲν τοὺς στρατιώτας πάντας δὲ τοὺς δυναμένους τι τῶν βουλευτῶν καὶ ἱππέων εἰς τὸ Βρεντέσιον συνήγαγε, τοὺς μὲν ὅπως αὐτῷ τι συμπράξωσι, τοὺς δ' ὅπως μὴ W II 157
μονωθέντες τι νεοχμώσωσι, καὶ ἵν' ἐνδείξηται ὅτι τὸ πλεῖστον καὶ κράτιστεῦον τῶν Ῥωμαίων ὁμόγνωμον κέκτηται. καὶ σὺν αὐτοῖς D
τὸν Ἰόνιον διαβέβηκε, καὶ τὴν Κέρκυραν ἐκλειφθεῖσαν ὑπὸ τῶν φρουρούντων λαβὼν εἰς τὸν λιμένα τὸν Γλυκὺν κατῆρε (καλεῖται δὲ οὕτως ὅτι ἐκ τοῦ ποταμοῦ τοῦ εἰς αὐτὸν ἐμβάλλοντος γλυκαίνεται), κἀκεῖθεν εἰς τὸ Ἄκτιον ἔπλει. ὡς δ' οὐδεὶς οὔτε ἀντέπλει οὔτε ἐς λόγους ᾔει αὐτῷ ἢ πρὸς μάχην ἢ πρὸς ὁμολογίαν ἐκκαλουμένῳ τοὺς ἐναντίους, κατέλαβε τὸ χωρίον τοῦτο ἐν ᾧ νῦν ἐστιν

1 Πελοπόννησον PW. 6 αὐτῷ BC. 8 ἐξ ἐφόδου κατασχὼν A, κατασχὼν ἐξ ἐφόδου PW. 12 εἰσήγαγε C. 19 ὡς — ἀντέπλει om A. 20 ἐκκαλουμένους A.

Fontes. *Cap.* 29. *Dionis Historiae Romanae lib.* 50 *c.* 11 — *c.* 35. *Plutarchi Antonius, c.* 66—68.

in Italia opprimeret. sed cum Corcyram appulisset atque inde in Peloponnesum navigasset, Patris hibernavit et milites passim distribuit. Caesar vero cum Brundusio solvisset, tempestate fatigatus recessit.

29. Vere incipiente Antonius se non commovit: nam eius classiarii ex diversis gentibus collecti cum procul ab eo hibernarent, neque sese exercebant et morbo ac transfugiis diminuti erant. Agrippa quoque Methone impetu capta, navium onerariarum appulsus observando et in aliis atque aliis Graeciae locis exscensus faciendo admodum eum perturbabat. Caesar vero omnes milites, omnes senatores, omnes equites quorum aliqua erat auctoritas, Brundusii convenire iussit, alios ut aliquid adiutarent, alios ne seorsim rebus novis studerent, utque ostenderet se maximae praestantissimaeque partis Romanorum consensu niti. cum iisque Ionio transmisso et Corcyra, quam praesidiarii reliquerant, capta in portu Glyce appulit (qui a dulcedine fluvii in eum influentis nomen habet): inde Actium navigavit. cum nemo contra classem educeret, neque quicquam vel ad pugnam vel ad deditionem hostes provocanti responderent,

ἡ Νικόπολις, κἀκ τούτου ἐφήδρευε τῷ Ἀκτίῳ κατὰ γῆν τε καὶ θάλασσαν. τὸ δὲ Ἄκτιον οἱ τοῦ Ἀντωνίου προκατελάβοντο καὶ πύργοις ὠχύρωσαν ἑκατέρωθεν.

Ἐπεὶ δὲ τὴν τοῦ Καίσαρος ἄφιξιν ἐπύθετο ὁ Ἀντώνιος, P I 525 ἠπείχθη μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν εἰς τὸ Ἄκτιον· οὐκ εὐθὺς μέντοι καὶ ἠγωνίσατο, καίτοι τοῦ Καίσαρος παντὶ τρόπῳ εἰς ἀγῶνα τοῦτον ἐνάγοντος, ἀκροβολισμοῖς δ' ἐπὶ πλείους ἡμέρας ἐχρήσατο, μέχρι συνήθροισε τὰ στρατεύματα. ὁ δὲ Καῖσαρ εἰς τὴν Ἑλλάδα τήν τε Μακεδονίαν ἔπεμψε στρατιάν, ὅπως πρὸς ἐκεῖνα μετενέγκῃ καὶ ἄκοντα τὸν Ἀντώνιον. καὶ ὁ Ἀγρίππας τῆς τε Λευκάδος καὶ τῶν ἐν ταύτῃ σκαφῶν αἰφνιδίως ἐπιπλεύσας ἐκράτησε, καὶ Πάτρας εἷλε καὶ τὴν Κόρινθον παρεστήσατο. καὶ ὁ Τίτιος ὁ Μάρκος Ταῦρός τε ὁ Στατίλιος τὸ ἱππικὸν τοῦ Ἀντωνίου ἀθρόον ἐκδραμόντες συνέσχον καὶ Φιλάδελφον βασιλέα Παφλαγονίας προσ- B εποιήσαντο· καὶ ὁ Δομίτιος ὁ Γναῖος καὶ ἄλλοι τῷ Καίσαρι προσεχώρησαν. φοβηθεὶς οὖν ὁ Ἀντώνιος μὴ ὅσοι ἐς τὴν Μακεδονίαν καὶ τὴν Θρᾴκην ἐπέμφθησαν παρ' αὐτοῦ τῷ Καίσαρι πρόσθωνται, ὥρμησε πρὸς αὐτούς.

Κἂν τούτῳ ναυμαχία τις συνέστη, καὶ παρὰ μὲν τῇ πρώτῃ προσβολῇ ἐτρέψαντο οἱ τοῦ Ἀντωνίου τοὺς τοῦ Καίσαρος ὀλίγους ὄντας, τοῦ δὲ Ἀγρίππου, ᾧ πᾶν ἀνεῖτο τὸ τοῦ Καίσαρος ναυτικόν, κατὰ τύχην ἐπιδημήσαντος, οὐ μόνον οὐδὲν τῆς νίκης οἱ τοῦ

4 τοῦ om A. 7 ante ἀκροβολισμοῖς A add καί. 12 Τῖτος PW, quae supra Τίτιος. ὁ alterum om A. 13 στρατίλιος B. 20 τοῦ alterum add A.

eum occupavit locum in quo nunc est Nicopolis, ibique circa Actium terra marique stationes habuit. nam ipsum Actium Antoniani praeoccupatum turribus utrinque munierant.

Antonius adventu Caesaris cognito cum suis Actium properavit: sed non statim pugnavit, quamvis a Caesare modis omnibus lacesseretur: tumultuariis tamen pugnis per dies complures certavit, donec conduxisset suos exercitus. at Caesar in Graeciam et Macedoniam misit copias, ut Antonium vel invitum illuc pertraheret. Agrippa subito accessu Leucade et navibus illius loci potitus est, Patras cepit, Corinthum ad deditionem compulit. Marcus Titius et Statilius Taurus equitatum Antonii subita excursione ceperunt, et Philadelphum Paphlagoniae regem in suas partes traduxerunt. Cn. item Domitius et alii ad Caesarem se contulerunt. veritus igitur Antonius ne ii quos in Macedoniam et Thraciam misisset idem facerent, ad eos properavit.

Interea conflictus quidam mari factus est; et Caesariani, pauci numero, ab Antonianis principio pulsi; sed fortuito Agrippae superventu, qui toti Caesarianae classi praeerat, factum est ut illi non modo nullum victoriae fructum caperent sed etiam interirent. qua de causa reversus

Ἀντωνίου ἀπώναντο ἀλλὰ καὶ ἀπώλοντο. καὶ διὰ τοῦτο ἐπανελθὼν ὁ Ἀντώνιος ἱππομαχίᾳ τινὶ πρὸς τὴν τοῦ Καίσαρος προφυλακὴν ἡττήθη. καὶ ἐπεὶ τὰ ἐπιτήδεια αὐτὸν ἤρξαντο ἐπιλείπειν, C *βουλὴν ἐποιήσατο πότερον κατὰ χώραν μείναντες διακινδυνεύσουσιν ἢ μεταστάντες χρόνῳ τὸν πόλεμον διενέγκωσι. καὶ ἄλλοι μὲν ἄλλα συνεβούλευσαν, ἡ δέ γε Κλεοπάτρα τὰ ἐπικαιρότατα τῶν χωρίων φρουραῖς παραδοθῆναι καὶ τοὺς λοιποὺς συναπᾶραι αὐτοῖς εἰς τὴν Αἴγυπτον συμβουλεύσασα ἐνίκησε. εἰς δὲ ταύτην ἦλθε τὴν γνώμην ὑπὸ σημείων θορυβηθεῖσα καὶ ἐκ τῆς τοῦ στρατεύματος ἀθυμίας καὶ ἀρρωστίας δείσασα. καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐξεφόβησεν. οὐ μέντοι λάθρα οὐδὲ μὴν φανερῶς ἐκπλεῦσαι ὡς φεύγοντες ἐβουλεύσαντο, ἵνα μὴ εἰς δέος τοὺς συμμάχους ἐμβάλωσιν,* D *ἀλλ᾽ ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν παρασκευαζόμενοι· κἀντεῦθεν τὰ ἄριστα τῶν σκαφῶν ἐκλεξάμενοι, ὅτι ἐκ τῆς φθορᾶς τε καὶ τῆς αὐτομολίας οἱ ἐρέται ἠλάττωντο, κατέπρησαν τὰ λοιπά, καὶ νύκτωρ πάντα τὰ τιμιώτατα λαθραίως ἐμβαλόντες αὐτοῖς ἕτοιμα εἰς ἔκπλουν ἐποίησαν. καὶ τοὺς στρατιώτας παρεθάρρυνε πρὸς τὴν ναυμαχίαν διαλεχθεὶς αὐτοῖς ὁ Ἀντώνιος. καὶ οὕτως πάντας μὲν τοὺς πρώτους τῶν συνόντων αὐτῷ εἰς τὰς ναῦς ἐνεβίβασεν, ἵνα μή τι νεωτερίσωσιν ὡς ὁ Δέλλιος καὶ ἄλλοι τινὲς αὐτομολήσαντες, παμπληθεῖς δὲ καὶ τοξότας καὶ σφενδονήτας καὶ ὁπλίτας ἐνεβιβάσατο. τριήρεις μὲν γὰρ ὀλίγας εἶχεν, αἱ δὲ λοιπαὶ τετρήρεις καὶ δεκήρεις* P I 526 *ἦσαν αὐτῷ.*

2 *ναυμαχίᾳ* C. 3 *καὶ ἐπεὶ*] *ἐπειδὴ* A, *καὶ ἐπειδὴ* Dio. *τὰ*] *καὶ τὰ* AC Dio. 8 *τὴν* om C. 12 *ἐς* B. 16 *τιμιώτερα* A. 18 *αὐτοῖς* om B. 21 *ἐνεβιβάσατο* A Dio, *ἐνεβίβασε* PW.

Antonius equestri certamine cum primis Caesaris excubiis congressus succubuit. et quia commeatus penuria laborare incipiebat, concilio indicto deliberavit an manendum et Martis alea periclitanda, an vero alio abeundum et bellum ducendum esset. aliis aliud censentibus Cleopatrae sententia vicit, ut opportunissimis locis praesidia imponerentur, caeteri secum in Aegyptum navigarent. id autem consilii cepit tum quod prodigiis quibusdam terrebatur, tum quia exercitus desperationem et morbum timebat. Antonio quoque terrorem incussit. sed quia neque clam neque etiam aperte tanquam fugientes abire volebant, ne sociis terrorem incuterent, sed tanquam ad pugnam parati navibus optimis delectis, et quia morbo et transfugiis remigum imminutus erat numerus, reliquis crematis et noctu pretiosissimis quibusque rebus clam illatis ad navigandum se instruxerunt. Antonius milites pro contione ad pugnam incitavit, atque ita primores omnes familiarium suorum in naves imposuit, ne quid novi molirentur, ut Dellius et alii transfugae fecerant. quam plurimos etiam funditores, sagittarios et armatos imposuit. triremes enim paucas habebat: caeterae quadriremes et deciremes erant.

Καῖσαρ δὲ καθεώρα μὲν καὶ τὴν παρασκευὴν αὐτῶν καὶ
W II 158 ηὐτρεπίζετο, μαθὼν δὲ καὶ τὴν διάνοιαν σφῶν ἔξ ἄλλων τε κἀκ τοῦ Δελλίου, συνήγαγε τὸ στράτευμα καὶ εἰς μάχην δι' ὧν εἴρηκε παρεκάλεσε. κἀν τούτῳ ὑετοῦ γενομένου λαύρου καὶ ζάλης πολλῆς εἰς τὸ τοῦ Ἀντωνίου ναυτικὸν ἐμπεσούσης ἀνεθάρσησεν ὁ Καῖσαρ καὶ τὸν ἔκπλουν αὐτῶν ἐπετήρει. ὡς δὲ παρετάξαντο μὲν οἱ τοῦ Ἀντωνίου, οὐ μέντοι προήεσαν, ὥρμησε μὲν ὡς καὶ ἑστῶσι σφίσι προσμίξων ἢ καὶ ἀναχωρῆσαι ποιήσων, ὡς δ' οὔτ' ἐξώρμησαν οὔτ' ἀνέστρεψαν ἀλλὰ κατὰ χώραν ἔμενον τῇ συν-
B τάξει τε ἐπεπύκνωντο, ἀνέσχε χρόνον τινά, εἶτα συμπεσόντες ἐναυμάχουν.

Ἀγχωμάλου δὲ τῆς ναυμαχίας οὔσης ἐπὶ πολὺ καὶ ἀκρίτου, αἱ Κλεοπάτρας ἑξήκοντα νῆες συνθήματος παρ' αὐτῆς δοθέντος πρὸς ἀπόπλουν ἦρκασι τὰ ἱστία καὶ πρὸς τὸ πέλαγος ὥρμησαν. ὁ δ' Ἀντώνιος τὴν Κλεοπάτρας ναῦν ἰδὼν ἀποπλέουσαν, πάντων ἐπιλαθόμενος εἰς πεντήρη μεταβὰς ἐδίωκε τὴν ἀπολωλεκυῖαν αὐτὸν καὶ ἔτι προσαπολέσουσαν. ἐκείνη δὲ γνωρίσασα τὸ τῆς νεὼς σημεῖον, ἀνέσχε· καὶ ἀναληφθεὶς εἰς τὴν ἐκείνης ναῦν, μόνος παρελθὼν ἐς πρῴραν ἐκάθητο σιωπῶν. καὶ τρεῖς μὲν ἡμέρας
C οὕτω διήγαγεν, ἐν δὲ Ταινάρῳ γενομένους αἱ συνήθεις γυναῖκες καὶ συνήγαγον καὶ συνδειπνεῖν καὶ συγκαθεύδειν ἀνέπεισαν. τὸ δὲ τοῦ Ἀντωνίου ναυτικὸν μετὰ τὴν αὐτοῦ ὑποχώρησιν ἀντισχὸν μέχρις ὥρας δεκάτης, πυρὸς ἐπενεχθέντος τοῖς σκάφεσι κελεύ-

5 ἐς B. 7 προσήεσαν A. 9 ἀνέτρεψαν C. 14 πρὸς ἀπόπλουν A Plutarchus, εἰς ἀπόπλουν PW. 20 οὕτως AB.

Caesar eorum instructione visa contra se parabat; sed eorum consilio tum ex aliis tum ex Dellio cognito exercitum convocavit. quem dum ad pugnam cohortatur, ingenti imbri et turbine in classem Antonii illato, resumpta fiducia eorum abitum observavit. cumque Antoniani in procinctu starent nec tamen prodirent, in animo habuit eos vel stantes aggredi vel repellere. sed quia neque prodibant neque se convertebant, sed loco non mutato aciem condensabant, aliquantulum moratus est: deinde congressi pugnaverunt.

Cum diu aequo Marte et ancipiti victoria dimicaretur, Cleopatrae sexaginta naves signo ab ea dato velis ad discessum elatis pelago se commiserunt. Antonius vero abeuntem Cleopatrae navem conspicatus in quinqueremem transcendit, oblitusque rerum omnium eam persequitur, quae ipsum perdiderat et amplius perditura erat. illa vero agnitis navis insignibus substitit. ita in illius navem receptus et solus in proram progressus sedit tacitus. triduoque sic exacto, cum Taenarum venisset, a familiarium mulierum coetu ad concenationem et ad concubitum est invitatus. eius vero classis post discessum ipsius cum ad horam usque

σαντος Καίσαρος τὸ μὲν κατεφλέχθη, τὸ δὲ ἑάλω· λέγεται γὰρ περὶ τριακοσίας νῆας ἑαλωκέναι.

30. Τοιοῦτον μὲν οὖν τῇ ναυμαχίᾳ τέλος ἐγένετο κατὰ τὴν δευτέραν τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός, καὶ τότε μόνῳ τῷ Καίσαρι τὸ κράτος ἅπαν περιελήλυθεν, ὡς ἐκ τούτου δὴ τοῦ καιροῦ τὴν αὐτοῦ μοναρχίαν ψηφίζεσθαι. πόλιν δ' ἐν τῷ τοῦ στρατοπέδου D τόπῳ συνῴκισε, Νικόπολιν καλέσας αὐτήν. ἔστησε δὲ καὶ στήλας χαλκᾶς ἀνθρώπου καὶ ὄνου. λέγεται γὰρ νυκτὸς ἔτι οὔσης, καθ' ἣν ἡμέραν ἡ ναυμαχία συνέστη, ἀπὸ τῆς σκηνῆς αὐτῷ προελθόντι καὶ περιιόντι τὰς ναῦς ἄνθρωπος συναντῆσαι ὄνον ἐλαύνων, πυθομένῳ δὲ τοὔνομα εἰπεῖν "ἐμοὶ μὲν Εὔτυχος ὄνομα, τῷ δ' ὄνῳ Νίκων." αἱ στῆλαι δ' αὗται ὕστερον ἀνακομισθεῖσαι εἰς τὸ Βυζάντιον ἔστησαν ἐν τῷ τῆς ἱππηλασίας θεάτρῳ.

Ἡ δὲ πεζή τε καὶ ἱππικὴ δύναμις τοῦ Ἀντωνίου μετὰ τὴν ἐκείνου φυγὴν ἡμέρας ἑπτὰ συμμείνασα, τέλος τῷ κρατήσαντι P I 527 προσεχώρησεν. τινὲς δὲ καὶ μάλιστα τῶν Ῥωμαίων ἀπῆλθον πρὸς τὸν Ἀντώνιον, οἱ δέ γε σύμμαχοι οἴκαδε. ὁ μέντοι Καῖσαρ εἰς τὴν Ἰταλίαν ἠπείχθη, μή τι στασιάσωσι φοβηθείς· ἐλθὼν δ' ἐς τὸ Βρεντέσιον, οὐκέτι πορρωτέρω προὐχώρησεν· ἥ τε γὰρ

3 οὖν add A. 4 μηνός om A Dio. 10 προελθόντι om A. 11 ὄνομα] τοὔνομα B. 12 αἱ στῆλαι — 13 ἱππηλασίας θεάτρῳ habet etiam Michael Glycas Annalium p. 380 ed. Bonn. eas statuas inter aera a Latinis Cpoli direpta memorat Nicetas Choniata p. 860 ed. Bonn. cf. Suetonii Aug. c. 96. 14 τοῦ Ἀντωνίου om C. 16 προσεχώρησε A, προσεχώρησαν PW.

Fontes. *Cap.* 30. *Dionis Historiae Romanae lib.* 51 *c.* 1—10. *Plutarchi Antonius, c.* 65 68 69 74 76 — 78. *addita sunt quae de statuis Byzantium translatis narrantur v.* 12 13.

decimam restitisset, iussu Caesaris igni iniecto partim cremata est partim capta. dicuntur circiter trecentae naves esse captae.

30. Hic navalis pugnae fuit exitus, quarto nonas Septembris; ac tum Caesar solus rerum omnium potiri coepit, ut ab eo tempore imperium eius numerari incipiat. in castrorum loco urbem Nicopolim a victoria nomine indito condidit, et statuas aereas hominis et asini collocavit. fertur enim nocturno tempore pridie eius diei quo navale praelium commissum est tabernaculo ad naves contemplandas egressus in hominem agasonem incidisse, qui rogatus quis esset responderit, sibi Fortunati esse nomen, asino Victorini. eae statuae post Byzantium translatae in equestri theatro steterunt.

Pedestres autem et equestres Antonii copiae cum septem post illius fugam dies permansissent, denique ad victorem transiverunt. quidam vero ex Romanis potissimum ad Antonium, socii domum abierunt. Caesar in Italiam properans, veritus ne quis in ea motus existeret, Brundusium cum venisset, non amplius est progressus: nam ibi eum et

γερουσία καὶ ἡ ἱππὰς τοῦ τε δήμου τὸ πλεῖον καὶ ἕτεροι συνῆλθον ἐκεῖ. ἔνθα τὰ αὐτῷ δοκοῦντα καταπραξάμενος ἐς τὴν Ἑλλάδα αὖθις ἀπῇρε. καὶ διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ τῆς Πελοποννήσου τὰς ναῦς διὰ τὸν χειμῶνα διαγαγὼν ταχέως εἰς τὴν Ἀσίαν ἀνεκομίσθη.

B Κλεοπάτρα δὲ φυγοῦσα καταλαβεῖν τὴν Αἴγυπτον ἔσπευσε, δεδοικυῖα μή τι νεωτερίσωσι. καὶ γενομένη ἐν ταύτῃ πανταχόθεν συνέλεγε χρήματα ἤθροιζέ τε δυνάμεις. Ἀντώνιος δὲ εἰς Λιβύην ἀπέπλευσεν. ἐπεὶ δὲ καὶ ὅπερ εἶχεν ἐκεῖ στράτευμα ἀπέστη αὐτοῦ, ὥρμησε μὲν ἑαυτὸν ἀνελεῖν, ὑπὸ δὲ τῶν φίλων κεκώλυτο, καὶ ἀνεκομίσθη εἰς Ἀλεξάνδρειαν. καὶ παρεσκευάζοντο μὲν ὡς καὶ πολεμήσοντες, ἔστειλαν δέ τινας καὶ πρὸς Καίσαρα λόγους ὑπὲρ εἰρήνης κομίζοντας, τοῖς δὲ συνοῦσιν αὐτῷ χρήματα. καὶ ἡ Κλεοπάτρα κρύφα τοῦ Ἀντωνίου σκῆπτρον αὐτῷ χρυσοῦν καὶ
C στέφανον ὅμοιον καὶ δίφρον βασίλειον ἔπεμψεν, ὡς καὶ τὴν ἀρχὴν
W II 159 αὐτῷ δι᾽ αὐτῶν διδοῦσα. ὁ δὲ τὰ μὲν δῶρα ἔλαβεν, οἰωνὸν αὐτὰ ποιησάμενος, ἀπεκρίνατο δὲ τῷ μὲν Ἀντωνίῳ οὐδέν, Κλεοπάτρᾳ δὲ ὅτι ἀποκτεινάσῃ τὸν Ἀντώνιον ἢ ἐκβαλούσῃ ἄδειαν αὐτῇ δώσει καὶ τὴν ἀρχὴν ἐάσει ἀπαρεγχείρητον. ἐν τοσούτῳ δὲ τὰς ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ ναυπηγηθείσας τῇ Κλεοπάτρᾳ τριήρεις κατέπρησαν οἱ Ἀράβιοι, καὶ τὰς ἐπικουρίας οἱ δῆμοι καὶ οἱ δυνάσται ξύμπαντες ἀπηρνήσαντο. Ἀντώνιος δὲ καὶ ἡ Κλεοπάτρα ἀκού-

1 πλεῖον A Dio, πλεῖστον PW. 3 πελοποννήσου B, Πελοπονήσου PW. 9 ἐπέπλευσεν C. 12 πολεμώσοντες A. 16 δι᾽ αὐτῶν om B. 20 κατέπρησαν A Dio, κατέκαυσαν PW.

senatus et ordo equester et plebis maxima pars convenerunt. ubi rebus quibusdam ex sententia confectis iterum in Graeciam discessit, et navibus per Isthmum Peloponnensem ob tempestatem traductis, celeriter in Asiam transiit.

At Cleopatra Aegyptum occupare contendit, ne qui res novas molirentur metuens. quo cum venisset, undique pecuniam et copias coegit. Antonius in Libyam navigavit. cum autem is quoque exercitus quem ibi habebat defecisset, sibi manus afferre voluit: sed ab amicis prohibitus Alexandriam venit. ibi ad pugnam se instruentes, tamen legatos de pacis condicionibus ad Caesarem miserunt, et familiaribus eius pecunias. Cleopatra vero clam Antonio ipsi Caesari aureum sceptrum, eiusdem materiae coronam et sellam regiam misit, tanquam una cum his imperium etiam ei traderet. Caesar muneribus boni ominis causa acceptis Antonio nihil respondit: Cleopatrae nuntiari iussit, si Antonium vel occidisset vel eiecisset, se impunitatem ei daturum et regnum inviolatum relicturum. interea aedificatas Cleopatrae in sinu Arabico naves Arabes cremaverunt, auxilia populi dynastaeque omnes negaverunt. accepto Caesaris responso denuo legatos miserunt: Cleopatra magnam pecuniam pollicens, Antonius cognationis et amicitiae eum commonefaciens, seque

σαντες τὰ παρὰ τοῦ Καίσαρος αὐτοῖς ἐπεσταλμένα ἔπεμψαν αὖθις, ἡ μὲν χρήματα αὐτῷ πολλὰ δώσειν ὑπισχνουμένη, ὁ δὲ τῆς D τε φιλίας καὶ τῆς συγγενείας αὐτὸν ἀναμιμνήσκων· καὶ ἑαυτὸν διαχειρίσασθαι ἐπηγγέλλετο, ἂν διὰ τοῦτο ἡ Κλεοπάτρα σωθῇ. οὐδὲν μέντοι οὐδὲ τότε Ἀντωνίῳ ἀπεκρίθη, τῇ δὲ Κλεοπάτρᾳ πολλὰ καὶ τότε ἠπείλησε καὶ ὑπέσχετο. φοβηθεὶς δὲ μὴ τὰ χρήματα παμπληθῆ ὄντα διαφθείρῃ ἡ Κλεοπάτρα, ἃ εἰς τὸ μνημεῖον, ὃ ἐν τοῖς βασιλείοις κατεσκεύασεν, ἤθροισε (καὶ γὰρ πάντα κατακαύσειν ἠπείλει μεθ᾽ ἑαυτῆς εἰ ὧν βούλοιτο διαμάρτῃ), Θύρσον οἰκεῖον ἔπεμψεν ἐξελεύθερον, πολλὰ ἐροῦντα αὐτῇ φιλάνθρωπα καὶ ὅτι ἔρωτα τρέφει ὁ Καῖσαρ αὐτῆς. ὅθεν καὶ τὸ Πηλούσιον κατέσχεν ὁ Καῖσαρ, δυνάμει μὲν τὸ φαινόμενον, λάθρα P I 528 δὲ προδοθὲν ὑπὸ Κλεοπάτρας. ἐρᾶν γὰρ αὐτῆς ἐκεῖνον ἀκούσασα, καὶ τούτου ἐφιεμένη, εὐθὺς αὐτῷ προήκατο τὸ Πηλούσιον. ὁ δ᾽ οὖν Ἀντώνιος ἀπών, καὶ τὴν τοῦ Πηλουσίου κατάληψιν γνούς, ἐπανελθὼν πρὸ τῆς Ἀλεξανδρείας τῷ Καίσαρι προϋπήντησε, καὶ συμβαλὼν τοῖς ἱππεῦσι κεκμηκόσιν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐνίκησε. κἀκ τούτου ἀναθαρσήσας, καὶ ὅτι τοξεύμασιν ἐς τὸ στρατόπεδον τοῦ Καίσαρος γραμμάτια ἔπεμψε, πολλὰ χρήματα τοῖς στρατιώταις ἐπαγγελλόμενος, προσέμιξε καὶ τῷ πεζῷ, καὶ ἡττήθη. καὶ ὁ μὲν ἐλαττωθεὶς ἀπέκλινε πρὸς τὸ ναυτικὸν καὶ ὡς ναυμαχήσων παρεσκευάζετο ἢ πρὸς Ἰβηρίαν πλευσούμενος, B γνοῦσα δὲ τοῦτο ἡ Κλεοπάτρα τὰς μὲν ναῦς αὐτομολῆσαι ἐποίησεν, αὐτὴ δὲ εἰς τὸ ἠρίον εἰσέδυ αἰφνίδιον, ὡς τάχα τὸν Ἀντώ-

4 καταχρήσεσθαι ἐπηγγείλατο Dio. 5 τῇ δὲ — 6 ὑπέσχετο om C.

sibi manus allaturum affirmans, si suus interitus Cleopatrae salutem allaturus esset. Caesar vero ne tum quidem Antonio quicquam respondit, Cleopatrae vero multa et comminatus et pollicitus est: et quia metuebat ne mulier ingentem pecuniam, quam in monumentum in regia paratum intulerat, aboleret (minata enim erat, nisi votorum compos fieret, eam se una secum crematuram), Thyrsum libertum ad eam misit, qui praeter alia humanitatis plena illud etiam ei diceret, Caesarem amore illius esse captum. sic Pelusio potitus est, quasi urbem vi expugnasset, cum revera prodita esset a Cleopatra. nam cum se ab illo amari audisset atque eius desiderio teneretur, statim ei Pelusium dedidit. Antonius igitur absens Pelusii occupatione cognita in reditu ante Alexandriam equitatum Caesaris itinere fatigatum vicit. inde receptis animis, et eo fretus quod litteras sagittis appensas in castra Caesaris eiaculatus esset quibus magnam pecuniam militibus pollicebatur, etiam pedites aggressus, et victus, spe in classem collata ita se paravit quasi aut mari pugnaturus aut in Hispaniam abiturus. eo Cleopatra cognito curavit ut naves ad Caesarem transirent, ipsa monumentum repente cum duabus ancillis



νιον φοβουμένη ὑπειληφότα προδίδοσθαι παρ' αὐτῆς. δύο δὲ ἦσαν ἐκεῖ σὺν αὐτῇ θεράπαιναι καὶ εὐνοῦχος εἷς. εἰσελθοῦσα δὲ τὰς μὲν θύρας κατέκλεισεν ἀσφαλῶς, πρὸς δὲ τὸν Ἀντώνιον τοὺς ἀπαγγελοῦντας ἔπεμψεν ὅτι τέθνηκεν. πιστεύσας δ' ἐκεῖνος, τινὶ τῶν παρόντων ἐπέτρεψεν ἀποκτεῖναι αὐτόν. ὡς δ' ἐκεῖνος σπασάμενος τὸ ξίφος ἑαυτὸν κατειργάσατο, "εὖγε" εἶπεν "ὦ Ἔρως" (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ ἀνθρώπῳ) "ὅτι με τί χρὴ ποιεῖν διδά- C *σκεις," καὶ πλήξας ἑαυτὸν διὰ τῆς κοιλίας εἰς τὴν κλίνην ἀφῆκεν. ἦν δὲ οὐκ εὐθυθάνατος ἡ πληγή. θορύβου δὲ γενομένου ᾔσθετο ἡ Κλεοπάτρα, καὶ τὰς μὲν θύρας οὐκ ἀνέῳξεν, ἄνωθεν δὲ προκύψασα (οὔπω γὰρ τὰ πρὸς τῇ ὀροφῇ ἐξείργαστο) καὶ μαθοῦσα τὸ γεγονός, κομίζειν αὐτὸν ἐς τὸν τάφον ἐκέλευσε. γνοὺς δὲ κἀκεῖνος ἔτι ζῶσαν αὐτήν, παρεκάλει κομισθῆναι ἐκεῖ, καὶ κομισθεὶς σειραῖς καὶ καλωδίοις ἀνείλκετο παρ' αὐτῆς καὶ τῶν θεραπαινίδων ἀμφοῖν. δεξαμένη δὲ αὐτὸν αἵματι πεφυρμένον καὶ δυσθανατοῦντα, τοὺς πέπλους περιερρήξατο ἐπ' αὐτῷ καὶ τὰ στέρνα ἔτυπτε καὶ κατεσπάραττε ταῖς χερσίν. ὁ δὲ οἶνον πιεῖν ᾔτησε,* D *καὶ πιὼν καί τινα ὁμιλήσας τῇ Κλεοπάτρᾳ ἐξέλιπε. Καῖσαρ δὲ ἀγγελθέντος αὐτῷ τοῦ θανάτου τοῦ Ἀντωνίου ἀπεδάκρυσε, καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἐκείνου τοῖς φίλοις ἀναγινώσκων κατεγίνωσκεν ἑαυτοῦ, ὡς εὐγνώμονα αἰτοῦντος ἐκείνου καὶ δίκαια, αὐτοῦ δὲ φορτικῶς καὶ ὑπερηφάνως πρὸς τὰς ἀποκρίσεις διακειμένου.*

2 σὺν αὐτῇ om C. 4 ὅτι τέθνηκεν — 5 ἐπέτρεψεν om B. 14 θεραπαινίδων ἀμφοῖν] δύο θεραπαινίδων αὐτῆς A. 20 ἐκείνου] αὐτοῦ A.

et uno eunucho subiit, quasi Antonium timeret qui se ab ipsa prodi putaret: et ianua diligenter clausa ad illum misit qui ei nuntiarent ipsam esse mortuam. quod cum crederet Antonius, se a quodam occidi iussit. ut vero ille stricto gladio semetipsum interfecit, "recte vero" inquit, "Eros" (id enim homini erat nomen) "quid sit agendum me doces": illatoque in ventrem ictu non statim letifero, lectulo incubuit. tumultu orto Cleopatra fores non aperuit, sed superne prospectans (necdum enim tectum absolutum erat) eo facinore cognito illum in monumentum inferri iussit. qui cum eam vivere cognovisset, ut ad eam portaretur oravit. cum allatus esset, catenis et funibus ab ea et ambabus ancillis attrahebatur. quem ubi cruentatum et moribundum accepit, vestes suas scidit et pectus manibus planxit ac se laceravit. at ille vino postulato haustoque, nonnulla cum muliere collocutus exspiravit. Caesar Antonii morte nuntiata illacrimavit; et litteras eius amicis recitans seipsum damnavit, quod illi aequa et iusta postulanti arroganter et superbe responsum negasset.

31. *Εἰς δὲ τὴν Κλεοπάτραν ἔπεμψε τὸν Προκλήϊον, ζώσης αὐτῆς κρατῆσαι θέλων, μέγα πρὸς δόξαν ἡγούμενος διαγαγεῖν αὐτὴν εἰς τὸν θρίαμβον. ἡ δὲ ἐντὸς θυρῶν κεκλεισμένων ἰσχυρῶς στᾶσα διειλέχθη αὐτῷ. ὡς δὲ καταμαθὼν τὸν τόπον ἀπήγγειλε* W II 160 *Καίσαρι, Γάλλος μὲν ἐπέμφθη αὐτῇ ἐντευξόμενος, ὃς ἐμήκυνε πρὸς ταῖς θύραις τὸν λόγον ἐπίτηδες, Προκλήϊος δὲ κλίμακι διὰ* P I 529 *θυρίδος εἰσῆλθε λαθὼν μετὰ δύο ὑπηρετῶν. τῆς δὲ μιᾶς τῶν αὐτῇ συγκαθειργμένων γυναικῶν ἀνακραγούσης "τάλαινα Κλεοπάτρα, ζωγρῇ," ὥρμησε μὲν ἑαυτὴν πατάξαι (παρέζωστο γάρ τι ξιφίδιον), προσδραμὼν δὲ αὐτῇ ὁ Προκλήϊος συνέσχεν αὐτήν, καὶ ἀφείλετο τὸ ξιφίδιον, καὶ μή τι κρύπτῃ φάρμακον ἐξηρεύνησεν. ἔπεμψε δὲ Καῖσαρ Ἐπαφρόδιτον ἀπελεύθερον, κελεύσας ζῶσαν τηρεῖν πάνυ ἐπιμελούμενον. αὐτὸς δὲ Καῖσαρ εἰσήλασεν εἰς τὴν πόλιν. καὶ ὁ Ἀντώνιος παρὰ τῆς Κλεοπάτρας ἐτάφη πολυτελῶς καὶ βασιλικῶς. πυρετῶν δὲ αὐτῇ γενομένων (ἐφλέγμηνε γὰρ αὐτῆς* B *τὰ στέρνα καὶ ἥλκωτο) τροφῆς ἀπείχετο, ὡς ἐντεῦθεν λυθησομένη τοῦ ζῆν. ὃ ὑπονοήσας ὁ Καῖσαρ ἀπειλὰς αὐτῇ καὶ φόβους περὶ τῶν τέκνων προσέβαλεν, οἷς ἐκείνη καθάπερ μηχανήμασιν ὑπερείπετο, καὶ τροφήν τε καὶ θεραπείαν προσίετο. ἧκε δὲ μετ' ὀλίγον καὶ ὁ Καῖσαρ αὐτῇ ἐντευξόμενος. ἡ δὲ λιτῶς ἐν στιβάδι κατακειμένη μονοχίτων ἀναπηδήσασα προσπίπτει αὐτῷ, ὑπότρομος τῇ*

3 *ἰσχυρῶς* om C. 10 *προσδραμὼν* — 11 *ξιφίδιον* om AB. 11 *κρύπτοι* Plutarchus. 18 *ὑπηρείπετο* Plutarchus. 21 ante *μονοχίτων* PW add *ὥσπερ*, om AC Plutarchus.

Fontes. *Cap.* 31. *Plutarchi Antonius, c.* 71 *et* 78—86. *Dionis Historiae Romanae lib.* 51 *c.* 6 *et* 14—22.

31. Proculeium autem ad Cleopatram capiendam et in vita retinendam misit: quod magnae sibi gloriae fore putabat, si eam in triumpho duceret. illa vero intra fores fortiter clausas stans, cum eo collocuta est. Caesar cognito loco in quo esset, Gallum misit qui cum ea ageret. quo de industria sermonem ad fores trahente, Proculeius cum duobus ministris scala per fenestram clam scandit. cum vero altera ex una inclusis mulieribus exclamasset "misera Cleopatra, viva caperis," pugione quo accincta erat se ferire instituit. sed Proculeius celeriter accurrit eamque continuit, ereptoque pugione inquisivit ne quod venenum occultaret. Caesar Epaphrodito liberto mandavit ut eam omni diligentia viventem asservaret, atque ipse urbem ingressus est. Antonio a Cleopatra magnifico et regio apparatu tumulato, cum febre laboraret (nam pectus eius exulceratum erat et inflammatum), inedia sibi necem consciscere instituit. quo Caesar animadverso minis et terrore de liberis iniecto eam veluti machinis admotis expugnavit ut cibum et curationem admitteret. ac paulo post ipse ad eam alloquendam venit. illa vero in tenui stragulo decumbens simplicem induta tunicam exsiliit: et

φωνῇ καὶ συντετηκυῖα ταῖς ὄψεσι. κελεύσαντος δὲ τοῦ Καίσαρος ἀνακλιθῆναι καὶ αὐτοῦ παρακαθισαμένου ἐδεῖτο αὐτοῦ ὡς μάλεστα τοῦ ζῆν περιεχομένη· τέλος δὲ τῶν χρημάτων ἀναγραφὴν C αὐτῷ ἐνεχείρισεν. ὁ δὲ φιλοψυχεῖν αὐτὴν οἰόμενος ἥδετο, καὶ εἰπὼν ὅτι πάσης ἐλπίδος αὐτῇ λαμπρότερον χρήσεται, ἠπατηκέναι μὲν αὐτὴν ᾤετο, μᾶλλον δ' αὐτὸς ἐξηπάτητο. μαθοῦσα γὰρ ὡς ὁ Καῖσαρ μὲν πεζῇ διὰ Συρίας ἔγνωκεν ἀπιέναι, αὐτὴν δ' ἐς τὴν Ῥώμην στέλλει μετὰ τρίτην ἡμέραν, ἐδεήθη Καίσαρος ὅπως ἐπενέγκῃ τῷ Ἀντωνίῳ χοάς. καὶ ἐπιτρέψαντος, ἐπὶ τὸν τάφον κομισθεῖσα πολλὰ ὠλοφύρατο, εἶτα στέψασα καὶ κατασπασαμένη τὴν σορόν, ἐκέλευσεν αὐτῇ λουτρὸν γενέσθαι. λουσαμένη δὲ καὶ κατακλιθεῖσα ἄριστον ἠρίστα λαμπρόν. καί τις ἧκεν ἀπ' ἀγροῦ D κομίζων ἀγγεῖον σύκων μεστόν. τῶν δὲ φυλάκων τί φέροι ἀνακρινόντων, ἐκεῖνος τὰ σῦκα ὑπέδειξεν· οἱ δὲ εἰσάγειν ἐκέλευον. μετὰ δὲ τὸ ἄριστον ἡ Κλεοπάτρα δέλτον κατασεσημασμένην τῷ Καίσαρι ἔστειλε. Καῖσαρ δὲ ὡς ἐνέτυχε λιταῖς δεομένης αὐτῆς συνταφῆναι τῷ Ἀντωνίῳ, ταχὺ συνῆκε τὸ πεπραγμένον, καὶ κατὰ τάχος τοὺς σκεψομένους τὸ γενόμενον ἔπεμψεν. οἱ δρόμῳ καταλαβόντες εὗρον αὐτὴν τεθνηκυῖαν ἐν χρυσῇ κλίνῃ κεκοσμημένην βασιλικῶς. τῶν δὲ γυναικῶν ἡ μὲν Εἰρὰς πρὸς τοῖς ποσὶν ἀπέθνησκεν, ἡ δὲ Χαρμόνιον ἤδη καρηβαροῦσα καὶ σφαλλομένη κατεκόσμει τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν ἐκείνης διάδημα. εἰπόντος δέ

3 τέλος] καὶ τέλος B. 6 αὐτὴν] αὐτῷ A. 9 ἐπενέγκῃ A cum Plutarcho, ἐνέγκῃ PW. 20 γυναικῶν A Plutarchus, θεραπαινῶν PW. εἱρὰς A. 21 Χάρμιον Plutarchus. 22 τὴν add A.

cum ad eius genua provoluta recumbere iussa esset, eum voce tremula et oculis fletu confectis assidentem perinde oravit ac si vitae cupidissima esset, postremo pecuniae descriptionem ei obtulit. Caesar eam vitae cupidam esse ratus, gravisus est: ac se omni spe illam splendidius tractaturum pollicendo decepisse putans, ipse magis est deceptus. cum enim illa cognovisset eum terra per Syriam iturum, ipsam vero post triduum Romam missurum, oravit ut Antonio parentare liceret. quo permisso ad monumentum perlata, magno luctu edito, loculoque coronis et inferiis ornato, balneum sibi parari iussit. dum lota accumbit splendideque prandet, quidam ex agro vas plenum ficubus portans, a custodibus quid ferret rogatus, ostensis ficubus ingredi iussus est. post prandium Cleopatra litteras obsignatas Caesari misit, quibus orabat ut cum Antonio sepeliretur. unde ille statim intellexit quid actum esset, ac rem explorari iussit. qui missi erant, cum propere accurrissent, mortuam eam in aureo lecto regaliter ornatam invenerunt, altera eius ancilla Irade ad pedes illius exspirante, altera Charmonio ex gravedine capitis iam labescente, et diadema Cleopatrae exornante. cui cum quidam dixis-

τινος "καλὰ ταῦτα, Χαρμόνιον", "κάλλιστα μὲν οὖν" ἔφη "καὶ P I 530
πρέποντα τῇ τοσούτων ἀπογόνῳ βασιλέων." καὶ ταῦτα εἰποῦσα
παρὰ τὴν κλίνην ἔπεσε καὶ αὐτή.

Λέγεται δὲ ἀσπίδος δήγματι θανεῖν κομισθείσης μετὰ τῶν
σύκων. οἱ δ' ἐν ὑδρίᾳ τηρεῖσθαι τὴν ἀσπίδα φασίν, ἠλακάτῃ
δὲ χρυσῇ τῆς Κλεοπάτρας ἐκκαλουμένης αὐτὴν καὶ ἀγριαινούσης
ὁρμήσασαν ἐμφῦναι αὐτῆς τῷ βραχίονι. λέγεται δὲ καὶ φάρμακον
αὐτὴν ἔχειν ἐν κνηστίδι κοίλῃ, καὶ τὴν κνηστίδα κρύπτειν τῇ κόμῃ.
ὁ δὲ Δίων βελόνην αὐτὴν εἶναί φησιν, ᾗ τὰς τρίχας ἀνεῖρεν, ἰῷ
περικεχρισμένην, δύναμιν ἔχοντι, ἂν αἵματος ἅψηται, ὡς τάχι- B
στα καὶ ἀλυπότατα φθείρειν. ἡ μὲν οὖν ἀπώλετο, τὸ δ' ἀληθὲς
οὐκ ἐγνώσθη, ἢ ὅτι περὶ τὸν ἐκείνης βραχίονα δύο νυγμαὶ ὤφθη-
σαν λεπταί τε καὶ ἀμυδραί, οὔτε δὲ φαρμάκου τι σημεῖον περὶ
τὸ σῶμα ἐκείνης ἐξήνθησεν οὔτε τὸ θηρίον εὑρέθη, εἰ μή τινας
συρμοὺς αὐτοῦ παρὰ θάλασσαν, ᾗ τὸ δωμάτιον ἀφεώρα καὶ W II 161
θυρίδες ἦσαν, ἰδεῖν ἔφασκον. εἴκασται δὲ ἐξ ἀσπίδος αὐτὴν
θανεῖν, ὅτι πολλὰ πρώην συνῆγε θανάσιμα φάρμακα, καὶ ταῦτα
τοῖς κατεψηφισμένοις θάνατον προὔβαλλε· καὶ τὰ μὲν ὠκύμορα
κατελάμβανεν, ὀδυνηρὸν δ' ἐπάγοντα θάνατον, τὰ δὲ πρᾳότερα C
μέν, διὰ χρόνου δέ γε κατεργαζόμενα· μόνον δ' εὕρισκε τὸ δῆγμα

1 καὶ πρέποντα om A. 4 τῶν om A. 7 ὁρμήσασαν om B. 9 Δίων] Hist. Rom. 51 14. 12 ἐκείνης om A. 13 οὔτε ABC, οὐδὲ PW. 19 ἐπαγάγοντα B. 20 χρόνου ABC, χρόνον PW.

set "pulchra vero ista sunt, Charmonium", illa "pulcherrima" inquit "et decora tot regibus oriundae." his dictis et ipsa iuxta lectum exanimis concidit.

Fertur autem Cleopatra morsu aspidis serpentis periisse, una cum ficubus allatae: alii in hydria asservatam tradunt aspidem, et colu aurea lacessitam et irritatam eius brachium mordicus arripuisse. dicitur et venenum in cultello cavo habuisse, quem capillo occultaverit. Dion autem refert acum qua capillum discriminaret veneno inunctam fuisse: cuius veneni ea vis esset, ut cum sanguinem attigisset, celerrime et minima cum molestia exitium afferret. utcunque sit, illa periit: veritas ignoratur, nisi quod in eius brachio duae vibices tenues et obscurae apparuerunt, in corpore nulla veneni indicia sunt animadversa: neque serpens ipse repertus est, nisi quod nonnulli dixerunt se tractus illius quosdam iuxta mare, quo conclave adspectabat et fenestrae erant, conspexisse. caeterum coniectura fuit eam aspidis morsu periisse, quod multa letalia venena pridem collegerat, eaque damnatis capitis proponebat, quorum alia mortem celerem cum magno cruciatu afferrent, alia mitiora tardiorem. solum autem morsum aspidis observarat veternum

τῆς ἀσπίδος ἄνευ σπασμοῦ κάρον ὑπνώδη ἐφελκόμενον ἱδρῶτι μαλακῷ καὶ τῶν αἰσθητηρίων ἀμαυρώσει ῥᾳδίως ἀπονεκροῦν.

Ἀκούσας δὲ ὁ Καῖσαρ τὴν τελευτὴν αὐτῆς ἐξεπλάγη, καὶ φάρμακα τῷ σώματι καὶ ψύλλους ἐπήνεγκεν. οἱ δὲ ψύλλοι ἄνδρες εἰσί (γυνὴ γὰρ τὴν δύναμιν ταύτην ἔχειν οὐ πέφυκεν), δύνανται δὲ πάντα ἰὸν παντὸς ἑρπετοῦ, πρὶν θανεῖν τὸν δεδηγμένον ἢ τετρωμένον, ἐκμυζᾶν, καὶ αὐτοί τε μὴ βλάπτεσθαι καὶ τὸν πε-
D φαρμαγμένον θεραπεύειν. φύονται δὲ ἐξ ἀλλήλων, καὶ δοκιμάζουσι τὰ γεννηθέντα ἢ μετὰ ὄφεων ἐμβληθέντα, ἢ καὶ τῶν σπαργάνων αὐτῶν ἐπιβληθέντων ἰοβόλοις τισίν· οὔτε γὰρ τῷ παιδί τι λυμαίνονται, καὶ ὑπὸ τῆς ἐσθῆτος αὐτοῦ ναρκῶσιν.

Ὁ μὲν οὖν Καῖσαρ ἐπὶ τῇ τῆς γυναικὸς τελευτῇ καὶ ἠχθέσθη καὶ τὴν εὐγένειαν αὐτῆς ἐθαύμαζε, καὶ συνταφῆναι τῷ Ἀντωνίῳ ἐκέλευσε πολυτελῶς καὶ βασιλικῶς. ἐντίμου δὲ καὶ αἱ θεράπαιναι ταφῆς ἔτυχον ἐκείνου προστάξαντος. ἐτελεύτησε δὲ Κλεοπάτρα μὲν τεσσαρακοντοῦτις ἑνὸς δέοντος, τούτων δύο καὶ εἴκοσι βασιλεύσασα, πλείω δὲ τῶν δεκατεσσάρων Ἀντωνίῳ συνάρξασα· Ἀντώνιον δὲ οἱ μὲν ἓξ οἱ δὲ τρισὶν ὑπερβαλεῖν φασι τὰ
P I 531 πεντήκοντα. τὸν δὲ τοῦ Ἀντωνίου υἱὸν Ἄντυλλον τὸν ἐκ τῆς Φουλβίας καὶ τὸν τῆς Κλεοπάτρας τὸν Καισαρίωνα ὁ Καῖσαρ ἀπέκτεινεν.

10 τι add A Dio. 11 τῆς om C. 12 καὶ add A. 13 εὐγένειαν αὐτῆς A Plutarchus, εὐγένειαν ἐκείνης B, ἐκείνης εὐγένειαν PW. 18 Ἀντώνιον] καὶ ἀντώνιον B. 19 τὸν ἐκ τῆς Φουλβίας] Dio 51 6. 20 ἀπέκτεινεν ὁ καῖσαρ A.

soporiferum cum molli sudore citra convulsionem inducere et sensibus hebetatis leviter exstinguere.

Caesar eius interitu audito obstupuit, et cadaveri remedia et Psyllos adhibuit. Psylli autem viri sunt (nulla enim mulier ea vi praedita est) qui quodvis venenum cuiusvis serpentis, priusquam is qui morsus aut vulneratus est moritur, exsugendo nec ipsi laeduntur et venenis infecto salutem afferunt. propagantur alii ex aliis, et foetus explorant vel in serpentes coniectos, vel eorum fasciis serpentibus iniectis: qui nec puerum laedunt et vestibus illius tecti torpescunt.

Caesar igitur Cleopatrae obitu doluit, generosam eius indolem admiratus, eamque magnifice regaliterque cum Antonio sepeliri iussit. sunt et ancillae iussu illius honorificam sepulturam assecutae. obiit Cleopatra annos undequadraginta nata, e quibus duos et viginti regnavit, amplius quattuordecim cum Antonio imperavit. Antonium vero alii tres alii sex et quinquaginta vixisse annos tradunt. eius ex Fulvia filium Antyllum et Cleopatrae filium Caesarionem Caesar interfecit.

Ἀντώνιος μὲν οὖν καὶ Κλεοπάτρα οὕτως ἀπήλλαξαν· Καῖσαρ δὲ τὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως νεκρὸν εἶδε καὶ προσήψατο αὐτοῦ. τὰ δὲ τῶν Πτολεμαίων σώματα, καίτοι τῶν Ἀλεξανδρέων δεῖξαί οἱ καὶ ταῦτα βουληθέντων, ἰδεῖν οὐκ ἠθέλησεν, εἰπὼν ὅτι "βασιλέα ἀλλ' οὐ νεκροὺς ἰδεῖν ἐπεθύμησα." οὐδὲ τῷ Ἄπιδι ἐντυχεῖν ἐπείσθη, λέγων ὅτι "θεοὺς ἀλλ' οὐχὶ βοῦς προσκυνεῖν εἴθισμαι." τὴν δ' Αἴγυπτον ὑποτελῆ ἐποίησε, χρήματά τε πάμπολλα εὗρε καὶ πάντα ἀφείλετο. καὶ τὰ ἐκεῖ ὡς αὐτῷ B *ἐδόκει διοικησάμενος εἰς τὴν Ἀσίαν διὰ τῆς Συρίας ἀπῆλθε καὶ ἐκεῖ παρεχείμασεν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι καὶ τότε καὶ πρότερον, ὅτε τὴν ναυμαχίαν ἐνίκησε, πολλὰ ἐς τιμὴν αὐτῷ ἐψηφίσαντο. κατὰ δὲ τὸν τοῦ θέρους καιρὸν ἐς τὴν Ἑλλάδα καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐπεραιώθη. καὶ αὐτοῦ εἰς τὴν πόλιν εἰσελθόντος ἔθυσαν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ὁ ὕπατος ἐβουθύτησεν, ὃ μήπω πρότερον ἐπ' ἄλλῳ ἐγένετο. ἑώρτασε δὲ καὶ ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις τὰ νικητήρια. καὶ ἐπιφανεῖς αἱ πομπαὶ πᾶσαι γεγόνασι· τοσαῦτα γὰρ ἠθροίσθησαν λάφυρα ὥστε πάσαις ἐπαρκέσαι. παρεκομίσθη δὲ καὶ στήλη τῆς* C *Κλεοπάτρας ἐπὶ κλίνης, ἀσπίδα ἐμπεφυκυῖαν ἔχουσα τῷ βραχίονι, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων καὶ οἱ ἐκείνης παῖδες, ὅ τε Ἀλέξανδρος ὁ καὶ Ἥλιος, καὶ Κλεοπάτρα ἡ καὶ Σελήνη. ἐφ' ἅπασι δ' ὁ Καῖσαρ ἐσήλασε. καὶ θεωρίαι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐγένοντο.*

6 προσκυνεῖν] ἰδεῖν A. 8 τε] δὲ A. 12 τὴν alterum om A. 16 πᾶσαι] πᾶσι A. 20 ὁ καὶ A Dio, ὁ PW. 21 δ' ὁ] δὲ καὶ A.

Cleopatra atque Antonio ad hunc modum sublatis Caesar Alexandri regis corpus vidit et attrectavit. Ptolemaeorum etiam Alexandrinis ostendere volentibus recusavit: se enim regem videre cupivisse, non cadavera. neque Apidem adire voluit: quod deos, non boves adorare consuevisset. Aegyptum tributariam fecit, et pecuniam omnem quam ibi maximam repperit secum avexit. rebus in Aegypto suo arbitratu ordinatis per Syriam in Asiam abiit, ibique hibernavit. Romani vero et tum et prius etiam Actiacam victoriam adepto plurimos honores decreverunt. sub aestatem in Graeciam et Italiam traiecit. eo Romam ingresso populus sacrificavit et consul bovem immolavit: quod nulli prius acciderat. triumphum per triduum egit. pompae omnes illustres fuerunt: nam tantum manubiarum adfuit, ut iis omnibus sufficerent. est et Cleopatrae statua in lecto traducta, eius brachio aspide inhaerente. inter alios captivos etiam liberi eius, Alexander qui et Sol, et Cleopatra quae et Luna dicebatur, in triumpho ducti sunt. post omnia Caesar invectus spectacula per multos dies edidit.

32. *Καὶ ὁ Κράσσος ὁ Μάρκος κατὰ τούτους τοὺς χρόνους εἰς τὴν Μακεδονίαν καὶ εἰς τὴν Θρᾴκην καὶ εἰς τὴν Ἑλλάδα πεμφθεὶς πολλοῖς ἐπολέμησεν ἔθνεσι, καὶ τὰ μὲν ἐνίκησε τὰ δὲ προσηγάγετο. τὰ δ' ἔθνη ταῦτα πάλαι μὲν Μυσοί τε καὶ Γέται ἐκέκληντο, πᾶσαν τὴν μεταξὺ τοῦ τε Αἵμου καὶ τοῦ Ἴστρου οὖσαν* D *νεμόμενοι, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τινὲς αὐτῶν καὶ ἄλλοις ὀνόμασιν ἐπεκλήθησαν. καὶ μετὰ ταῦτα πάνθ' ὅσα ὁ ποταμὸς ὁ Σαῦος εἰς τὸν Ἴστρον ἐμβάλλων ὑπὲρ τῆς Δαλματίας καὶ τῆς Μακεδονίας τῆς τε Θρᾴκης ἀπὸ τῆς Παννονίας ἀφορίζει, εἰς τὸ τῆς Μυσίας προκεχώρηκεν ὄνομα. καὶ ἐν αὐτοῖς ἄλλα τε πολλά εἰσιν ἔθνη καὶ οἱ Τριβαλλοὶ προσαγορευθέντες οἵ τε κεκλημένοι* W II 162 *Δαρδάνιοι.*

Ταῦτα μὲν οὖν ἔν τε τῇ βασιλείᾳ καὶ τῇ δημοκρατίᾳ ταῖς τε δυναστείαις πέντε καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτακοσίοις ἔτεσιν ἔπραξάν τε Ῥωμαῖοι καὶ ἔπαθον, ἐκ δὲ τούτου μοναρχεῖσθαι αὖθις ἀκριβῶς ἤρξαντο, καίτοι τοῦ Καίσαρος τά τε ὅπλα καταθέσθαι βουλευομένου καὶ τῇ γερουσίᾳ καὶ τῷ δήμῳ ἐπιτρέψαι τὰ πράγματα. τὴν P I 532 *μέντοι γνώμην τῷ Ἀγρίππᾳ καὶ τῷ Μαικήνᾳ, οἷς ἐπίστευε τὰ ἀπόρρητα, κοινωσάμενος, τὴν μὲν Ἀγρίππου γνώμην ἀποτρέπουσαν αὐτὸν τῆς μοναρχίας εὕρηκεν· ὁ δὲ Μαικήνας τοὐναντίον συνεβούλευεν ἅπαν, εἰπὼν ἤδη τὴν μοναρχίαν ἐπὶ πολὺ διοικῆσαι αὐτόν, καὶ ἀναγκαῖον εἶναι δυεῖν θάτερον, ἢ μεῖναι ἐπὶ τῶν αὐ-*

5 *τὴν* ABC, *γὰρ* PW. 8 *Σαοῦος* Dio. 9 *πανοννίας* B. 14 *τε* prius om P sola. 18 *ἐπίστευε* A, *ἐπίστευσε* PW. 22 *δυοῖν* A.

Fontes. *Cap.* 32. *Dionis Historiae Romanae lib.* 51 *c.* 22 — *lib.* 53 *c.* 18.

32. Sub haec tempora M. Crassus in Macedoniam Thraciam et Graeciam missus et cum multis gentibus bella gerens alias vicit, alias in deditionem accepit. eae gentes olim Moesi et Getae vocabantur, omnem eum tractum qui intra Haemum et Istrum est incolentes: progressu temporis autem quaedam earum aliis nominibus sunt appellatae: deinde omnia ea quae Savus fluvius in Istrum influens supra Dalmatiam Macedoniam et Thraciam a Pannonia disterminat, Moesiae appellationem subierunt. inter eos praeter alias multas gentes sunt Triballi et Dardanii.

